


CL44-17  
Pg. 2213



# CONSTITUTIONES

IN SIGNIS COLLEGII SEGVENTINI,

QVOD EREXIT ILLVSTRIS ADMODVM

D. D. Ioánes Luppi de Medina Regius auditor & consiliarius, ac inuictissimi Henrici. IIII. Regis Hispanie ad Regem Gallorum primo, deinde verò ad sanctissimum dominū nostrū Paulum huius nominis secundū, Orator destinatus.



C O M P L V T I

Ioannes à Lequerica excudebat. Anno

1572.

COMPLIMENT  
ANTIQUARIA  
MUSORUM  
LIBRORVM  
COPIA



C O M P I A T I

Josuæ Tedrencis excuditæ. Anno

1732.

TABVLA.

**Tabula eorum quæ in his Constitu-**  
**tionibus & additionibus continentur.**

- D**E titulo collegij cōstitutio pri  
ma. 10. & in additione 23. cōst.  
De numero collegialiū, & de qui-  
busdam eorūdem qualitatibus,  
constitu. 2.  
De modo eligendi Rectorē & con-  
siliaries, necnon de ætate alijsq;  
qualitatibus eligendorum in Re-  
ctorem & consiliarios, consti. 3.  
In cassatione & dilatione electio-  
num qualiter procedatur, & de  
iuramento præstando à collegia-  
libus nouo Rectori, constitu. 4.  
De tēpore durationis Rectoris &  
consiliariorum in suis officijs, &  
de electione Vicerectoris, & vice  
consiliariorum, constitu. 5.  
De nominatione collegialium fa-  
cienda per Decanos & capitula  
ecclesiarum, constitu. 6.  
De forma seruanda in notificatio-  
ne camerarū vacantiū, & de rece-  
ptione collegialium, ac de pœna  
non presentiū intra tēpus præ-  
fixum duorum mensiū, consti. 7.  
De forma in eisdem receptionibus  
obseruanda, & quid fieri debeat  
si aliqua ecclesia cōtra formā ha-  
rum constitutionum aliquē præ-  
sentauerit, constitu. 8.  
De camerarū assignatione, & q Re-  
ctor quotiescūq; voluerit, possit  
cameras omniū collegialiū visita-  
re, cōst. 9.  
De scientijs in scholis legendis, ac  
de tēpore & horis lectionū, cōst.  
10. & in additione 3. fundatoris.  
Quod Rector, consiliarij & Patro-  
ni possunt mutare horas, & mo-  
dum legendi pro audientium vti-  
litate, ibidem, & in additione 6.
- Caruajalis.  
De stipendio lectorum, cōst. 11. &  
35. & in additione 4. fundatoris.  
De qualitate paupertatis recipien-  
dorum, consti. 12.  
Ad quos pertineat eorum, qui in  
collegium recipiendi sunt ex-  
aminatio. 13.  
De tempore quo collegiales per-  
manebunt in collegio, consti. 14.  
De forma expulsione collegialiū  
completo tempore sui collegij,  
constitu. 15.  
De forma iuramenti præstandi à  
scholaribus, & alijs in collegiū re-  
cipiendis, consti. 16.  
Quod liber hic constitutionum &  
additionū fundatoris legatur in  
refectorio bis in anno, ibidem.  
De vita & honestate & correctio-  
ne collegialium, constitu. 17.  
Qualiter collegiales se habebūt cir-  
ca cultum diuinum, constitu. 18.  
Quid debeant collegiales recitare  
pro anima dñi fundatoris, ibidē.  
De ordine sessionum inter colle-  
giales, constitu. 19.  
De alimentis collegialium, consti.  
20. & addi. 11. fundatoris, & in ad-  
ditio. 7. Cardinalis, & in addi. 8.  
& 34. Caruajalis.  
De quatuor porcis emendis vltra  
cōmunem portionem, vide in cō-  
sti. 20. & in addi. 2. Cardinalis.  
De ieiunio, cōst. 21. & additio. 9.  
Caruajalis.  
De silentio & lectione in refecto-  
rio, constitu. 22.  
De vestimentis collegialibus dan-  
dis, constitu. 23. & in addi. 13. funda-  
toris, & additio. 10. Cardinalis, &

TABVLA.

- addi. 28. Caruajalis.  
 De pœna excuntium à collegio si ne habitu & focali, constit. 23. & additio. 14. fundatoris, & addi. 16. Cardinalis.  
 Quod cameræ collegialium prouideantur de omnibus necessarijs ex redditibus collegij, consti. 24.  
 De forma scrupula in gubernatione collegij, constitu. 25.  
 Quod negotia alicuius momenti debeant expediti ab omnib<sup>o</sup> collegialibus, quæ vero fuerint parui momenti expediatis Rector cū consiliarijs, ibidem.  
 Quomodo corrigatur Rector si ex cesserit, consti. 26.  
 De electione syndicorum, & de reddenda ratione cuiuslibet administrationis, constitu. 27.  
 De conuiuijs non faciendis à collegialibus, constitu. 28.  
 De custodia bonorum & scripturarum collegij, consti. 29.  
 Quod Rector & consiliarij nō possint munire aliquas literas sigillis collegij, nisi prius lecte fuerint in capitulo coram omnibus collegialibus, & approbatæ à maiori parte, ibidem.  
 Quod literæ missiuæ subscribantur solum à Rectore & consiliarijs, ibidem.  
 De memoria bonorum spirituallium & temporaliū in libris scribenda, constitu. 30.  
 De prouisione facienda opportuno tempore, & de frumento seruando, constitu. 31.  
 Quis debeat iudicare inter collegiales, constitu. 32.  
 Qualiter elegantur lectores cathedralium principalium, consti. 33.  
 Quibus de causis cathedralici possint priuari & expelli, & quod hoc facere pertinet ad Rectorem, Patronos, & omnes collegiales, constitu. 34.  
 De habitatione & salario lectorū, constitu. 35.  
 De tempore quo lectors possunt esse absentes, & de vacationibus, constitu. 36.  
 De exercitio circa officium prædicationis, constitu. 37.  
 Quibus temporibus habitantes in collegio debeant confiteri, & communicare, constitu. 38.  
 De conuersatione foeminarū ciuitanda, constitu. 39.  
 De exercicio collegialium circa scientiam, consti. 40. & addi. 18. Caruajalis.  
 De his qui nouiter auxerint redditus, constitu. 41.  
 Quibus horis claudatur collegiū, & de dormientibus extra illud sine licentia Rectoris, consti. 42.  
 De absentiis collegialium, ibidem.  
 De submissione collegij, & de visitatione annuatim facienda per Patronos, constitu. 43.  
 Contra iniuriosos & in honeste viuentes, constitu. 44.  
 Qualiter fiat cōcordia inter discordes, constitu. 45.  
 Quod nemo ferat arma offensiva, & de punitione delictorum, constitu. 46.  
 Quod collegiales non ingrediātur coquinam, cellam vinariam, aut pistoriam, nisi certis quibusdā temporibus, consti. 47.  
 Quibus horis collegiales debeant prandere & cœnare, ibidem.  
 De temporibus in quibus morbi eueniunt contagiosi, consti. 48.  
 Quod filii diuinitum non admittantur in collegio, consti. 49.  
 Qui collegiales non lucrantur vescuariū,

T A B V L A.

- stuarium, constitu. 50. & additi.  
 20. fundatoris  
 De veneratione festi diui Blasij,  
 consti. 51. & addi. 21. Caruajalis.  
 De veneratione festi uitatum diui  
 Hieronymi, & de anniversario  
 obitus domini fundatoris, consti-  
 tu. 52.  
 De institutione & ordinatione ho-  
 spitalis, constitu. 53.  
 Bulla indulgentiarum hospitalis,  
 ibidem.  
 Recomendatio eiusdem collegij,  
 constitu. 54.  
 Forma iuramenti Rectoris & cō-  
 siliariorum, constitu. 55.  
 Forma iuramenti scholarium reci-  
 piendorum, constitu. 56.  
 Forma iuramenti lectorum, con-  
 stitu. 57.  
 Forma intimationis faciēdæ deca-  
 nis & capitulis super cameris va-  
 cantibus, consti. 58.  
 Forma intimationis cathedræ va-  
 cantis in collegio, consti. 59.  
 De nominatione patronorū post  
 mortem fundatoris, & de salario  
 eorum pro visitatione, constitu.  
 ultima  
**D**claratio super collegialibus  
 & habitantibus in collegio, ad  
 ditione prima fundatoris.  
 De ferijs & festis obseruandis, ad-  
 ditio. 2. fundatoris, & additio. 8.  
 Cardinalis, & 24. Caruajalis.  
 Quod beneficiari non participant  
 de fructibus collegio accrescenti  
 bus, & de eorum habitatione, ad-  
 ditione. 4. fundatoris  
 De substitutionibus cathedralrum  
 vacantium, additio. 5. fundatoris  
 De institutione cathedralē decreto-  
 rum, additio. 6. fundatoris.  
 Qualiter lectores decretorum in-  
 stituantur, & qua hora debeant  
 legere, additione. 7. eiusdem  
 Quod collegiales non audiāti Ca-  
 nones, addi. 8. eiusdem.  
 De Iubileō lectorib[us] concessio,  
 addi. 9. eiusdem  
 Limitatio super missa audienda &  
 porta collegij claudenda, addi.  
 10. eiusdem.  
 De taxationibus alimentorum, ad-  
 ditio. 11. eiusdem  
 Quod infirmis ministrētur omnia  
 necessaria, additio. 12. fundato-  
 ris, & additio. 12. Cardinalis.  
 De taxationibus vestimentorum,  
 in addi. 13. fundatoris, & addi. 8.  
 Cardinalis  
 Contra retinentes bona collegij,  
 addi. 15. fundatoris.  
 Contra retinentes aliquos ad per-  
 noctanctum in collegio, additio.  
 16. fundatoris.  
 De pecunijs in archiuo reponēdis,  
 ac de electione thesaurarij, & sa-  
 lario nūnciorum, additio. 17. fun-  
 datoris, & additio. 31. Caruajalis.  
 Nominatio patronorum post mor-  
 tem fundatoris, additio. 18.  
 Declaratio super temporibus, qui  
 bus pauperes debeat facere cō-  
 nam, additio. 19.  
 Super numero familiarium, addi.  
 21. fundatoris, & addi. 14. Cardi-  
 nalis, & addi. 37. Caruajalis.  
 Commissio absolutionis censura-  
 rum & periuriorum, additio. 23.  
 fundatoris.  
 De ambiguitatibus in receptione  
 collegialium superuenientibus  
 declarandis secundum constitui-  
 tiones & statuta insignis colle-  
 gij diui Bartholomei, additio. 24.  
 fundatoris.  
 De executoribus constitutionum  
 addi. 25. fundatoris.  
 Quibus diebus debeat fieri additio

## TABVL A.

- vltra communem portionem, in  
addi.9. Cardinalis, & addi.34. &  
45. Caruajalis.  
Quod unus cursus fit octo mēsibus  
addi.38. Caruajalis.  
Quod ad graduum bachelareat<sup>r</sup>  
in theologia requirātur quatuor  
cursus, addi.39. ciudē Caruajalis.  
Quod lōtrix, tonsor, & reliqui offi  
ciales necessarij habeantur expē  
fis collegij, additio. 40. Caruaja  
lis.  
Quod collegiales possint bis in an
- no cōferre sc̄e in aliquod oppidū  
expensis collegij gratia recrean  
di animi, ibidem.  
Quod collegiales possint aliquan  
do collationem facere extra refe  
ctoriū, scilicet, ad ignem, addi.41.  
Caruajalis.  
Quod Rectori detur unus pileus  
expensis collegij, addi.42. ciudē.  
Quod portiones eorum qui nō ve  
niunt ad prandium ministrētur  
in mensa, addi.44. Caruajalis.

FINIT TABVL A.

## Interrogatorio

PO R las preguntas siguientes sean preguntados los testigos que fueren presentados por parte del collegio de sant Antonio de Porta cæli extra muros de la ciudad de Siguenga, cerca de la persona, vida, linage, y bienes de los que pretendieren ser admittidos en el dicho collegio.

- I. **PRIMERAMENTE**, si conocen, y tienen noticia del dicho N. y de fulano su padre, y de fulano y fulana sus abuelos, y de los demás sus ascendientes por parte del dicho su padre, y quanto tiempo ha, y como los conocen.
- II. **Item** si conocen a fulana madre del dicho fulano, y al padre y madre y abuelos y visabuelos del dicho fulano de parte de madre, y a los demás sus ascendientes por esta parte.
- III. **Item** si saben que el dicho fulano es hijo legitimo de los dichos sus padres, y q los dichos sus padres son casados y velados segun orden de la sancta madre Yglesia Romana.
- III. **Item** si saben q el dicho fulano opositor, y el dicho fulano su padre, y los dichos sus abuelos y ascéndientes de parte del dicho su padre sean Christianos viejos limpios y de limpia sangre, sin raça ni macula de Iudios, ni Moros, ni cōfessos, ni Luteranos: y que por tales Christianos viejos son y há sido auidos y tenidos y cōmunmente reputados donde quiera q dellos ay noticia: y que lo cótrario nunca oyeron, ni dello ouo fama ni rumor, y que si la ouiera este testigo lo supiera por la mucha noticia que de los dichos ha tenido y tiene.
- V. **Item** si saben q el dicho fulano opositor, y el dicho fulano su padre, y los dichos sus abuelos, y los demás ascendientes de padre nunca ayan sido infamados por pena de Inquisiciō, ni por otra justicia alguna, y q si lo fuerā este testigo lo supiera por la mucha cōuersacion y noticia q cō ellos y dellos tiene.
- VI. **Item** q la dicha fulana madre del dicho fulano, y sus abuelos y ascendientes por parte de la dicha su madre son Christianos viejos, limpios, sin raça ni macula de Iudios, ni Moros, ni cōfessos, ni Luteranos: y que por tales son auidos y tenidos, y cōmunmente reputados, y que de lo contrario nunca ouo fama, ni rumor, ni sospecha, y si la ouiera este testigo lo supiera por la noticia que dellos tiene.

Item

- VII. ¶ Item si saben que la dicha fulana su madre y los demás sus ascendientes de parte de la dicha su madre nunca fueron infamados por Inquisicion, ni por pena ni castigo de otra justicia alguna: y si lo fueran este testigo lo supiera por la mucha noticia que dellos ha tenido y tiene.
- VIII. ¶ Item si saben que el dicho fulano no tiene renta spiritual, ni temporal que exceda de veinte florines de Aragon, y que sus padres no le pueden sustentar en alguna vniuersidad destos reynos sin notable detrimiento de su hazienda. Digan como lo saben.
- IX. ¶ Item si saben que el dicho fulano es ordenado de corona, y q̄ no ha sido religioso profeso, ni ha sido amancebado publica ni secretamente, antes es persona honesta y quieta y pacifica y de buena condicion y costumbres, y que nunca ha tenido alguna enfermedad contagiosa, como bubas, sant Lazaro, y otras lepras. Digan como lo saben todo, y lo que han oydo dezir. Ansi mismo digan y declaren, si saben que el dicho fulano ha sido familiar de algun Collegio destos reynos de que aya noticia.
- X. ¶ Item si saben que el dicho fulano es natural destos reynos de Castilla, y del obispado de N. y si sus padres son naturales del dicho obispado, y han viuido en el algun tiempo. Digan como lo saben.
- XI. ¶ Item les sean fechas las demás preguntas q̄ quisiere el collegial q̄ fuere a hacer la tal informacion. Y si saben que todo lo susodicho es publica voz y fama.
- ¶ Item se tomen por lo menos dos testigos Christianos viejos, que depongan ser los testigos Christianos viejos, y el juez y escriuano ser legales en sus officios: los cuales sean preguntados por las preguntas siguientes.
- I. ¶ SI conocen a los testigos de suso presentados y examinados y al juez y escriuano ante quien se haze esta informacion.
- II. ¶ Item si saben que los dichos testigos son Christianos viejos, limpios, sin raça, ni macula de Iudios, ni Moros, ni Luternos, y que son tenidos por hombres honrrados, y que diran verdad en lo que les fuere preguntado. Y que el dicho juez y escriuano son legales en sus officios.

**R**euerendissimo ac Illustrissimo in**R**

Christo patri & D. D. Petro de Mendoza, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali, dignissimo Archiepiscopo Toletan, & Episcopo Seguntiñ, domino suo vnico, & benefactori,



EVERENDISSIME in Christo pater, & dñe dñe Illustrissime, post varios fluctuatis seculi labores, & multiplices negotiorum solicitudines, quibus abineunte ætate, meæ tempora vitæ meliora, te principe meo & authore contriui, sub cuius seruitio & grata protectione me sequens accepit, atq; tua venia accepta ocium natus sum: ac reliquum vitæ inter necessarios & amicos agere, & sub velamento alarum tuarum & Seguntinam & Toletanam ecclesias tuas celebrare statui, quibus beneficiorum nexibus sum ipse constrictus. Verū cùm nihil agere animus noui posset (vi Cicero ait) & ingenium ocio mactesseret, ac varijs temptationum stimulis pateret: cumq; ambitionis & gloriæ reliquias adhuc animo hærentes aura felicitatis humanæ vehementer impelleret, ita vt diffluere appetitus cogitationum mearum impetu, sæpe & multū cogeretur, affuit Dei misericordia quæ hominum in se spectantium corda cōfirmat, diu dubitantem spiritu meliori me seruum tuū reuocat. Cœpiq; tandem interius animo aduertere quemadmodum eccllesia tua & ciuitas tua Seguntiñ patriæ meç natalc solum quanquā ipsa religiosa foret: domorum tamen in religione perfecta militantium carebat subsidijs, & nec erat conuentus hominum vllus in eius territorio in communitate & sanctitate mutua viuentium, maximè qui se voto & religionis vinculo constringerent, sicut vilibet per orbem vniuersum mendicantium & aliorum religiosorum vitæ & sanctimoniarum mirabiles pululabant fructus, & doctrinæ sacræ redolebant exempla. Dolens idcirco vrbi tuæ huiusmodi deesse suffragium, & neminem ad bene beatęque viuendum religiosos viros honestatis exemplar oculis posse quotidie suspicere: decreui ipse vltra mearum facultatum vires ecclesiam, domumque religionis vrbi tuæ Seguntiñ vicinam fundare. Votisque meis non defuit auxiliator Deus ex alto qui cogitationum bonarum, sicut extitit seminator, extitit quoque director, & operis totius author. Denique monasteriū sub vocatione beatissimi presbyteri & confessoris Antonij constructum & à fundamentis à me ædificatum est, quod Deo duce fratribus diui Hieronymi doctoris eximij colendum, & inhabitandum tradidi eo quod & viuendi honestas & cōtemplationis assiduus cultus adeò inter illos eminet, vt (quod pace aliorum dixerim) facile religionum cunctarum principes mihi videretur. Cæterum quietem & tranquillitatem eorum considerans operę pretium existimau, si vitæ & honestati eorum artium bona rum studiū cumularem: maximè cùm inter illos adeò perspicua ingenia,

A quæ

## EPISTOLA NVNCUPATORIA..

quæ actionibus inferuiunt, reperiantur ut ordo politiæ recte in eorum cōmunitate plurimum lucescere soleat, arbitratus sum, multos quoq; ad literarum contemplationem, si sc ad eas cōuerterint, non inferiores futuros. Quocirca ut eos ad vbertatem sacræ doctrinæ, quæ suauissimos pullat odores, quasi vehiculo quodam impellcrem, ædificauí eis insuper domum prædicto monasterio contiguam, vbi velut in altera academia philosophiæ documenta & sacræ Theologiæ doctrina assidue legerentur, ut in clauistro viuentes pastus doctrinæ haurire ex clauistro cōmode possent. Construxi præterea collegium, vbi Rector simul & duodecim pauperes scholastici conuenirent, quibus de victu & vestitu ex dote, quā collegio reddidi, certa sub forma prouideretur. Cui rursus collegio incorporari feci pium quendam locum hospitalitati aptum, in quo pietatis opera gentibus misericorditer ministrentur. Quæ omnia et si vires mihi patrimonij non suppeterent à principio, Deo tamen largiente peregi, illud Gregorij sanctissimi saepius animo voluens: vires, quas fragilitas dengat, caritas subministrat. Proponamus siquidem bona facere, quæ diuino perficiemus auxilio: hæc nempe ad Dei laudem & tuæ reueredissimæ dominationis honorem virium mearum impensis perfecta, & constitutions simul & statuta communi collegialium vilitati elucubrata tibi dicanda merito esse duxi. Habes igitur reuerendissime pater & domine præstantissime serui tui fructus, quos dudum in me famulo tuo seminare dignatus es. Quæ vero inutilia tibi fortasse videbunir, dum tenera sunt, poterunt commodius auelli: ijs duntaxat seruatis, quæ te digna censebis, ut tua denique autoritate victura perpetuo ad Dei gloriam, tuumq; decorem permaneant in futurum. Valeat tua reuerendissima dominatio, ut optat feliciter.



N DEI NOMINE AMEN, AD PERPE-  
tuam rei memoriam. Vniuersis & singulis notum sit, &  
pateat evidenter præsens statutorum & ordinationum  
instrumentum visuris lecturis pariter & audituris: quorū  
interest aut interesse poterit, quomodolibet in futurū,  
Quod nos Ioannes Luppi de Medina Cæli archidiaconus  
de Almazan in ecclesia Seguntina, ac canonicus sanctæ  
Ecclesiæ Toletañ. in decretis licenciatus, iudex commissarius datus &  
deputatus ad infra scripta auctoritatibus, primo illustrissimi ac reuerendissimi  
in Christo patris, & domini mei domini Petri Gundissalui de Men-  
doza miseratione diuina tituli sanctæ Crucis in Ierusalem presbyteri car-  
dinalis, tunc Hispaleñ. nunc vero Toletañ. Archiepiscopi & episcopi Se-  
guntiñ, et consequēter sanctissimi in Christo patris domini nostri domi-  
ni Sixti, diuina prouidentia Papæ quarti, prout liquido constat & conti-  
netur in literis nomine, & manu propria præfati domini nostri reueren-  
dissimi domini cardinalis signatis, atq; eiusdem corroboratis sigillo. Nec  
non in bulla Apostolica in pergamo scripta plumbeo signata sigillo in  
cordulis pendente canapi more & Romanæ ecclesiæ consuetudine præ-  
dictas recepimus literas cōmissionis, non corruptas, non cancellatas, nec  
viciose, quin in omni vicio & suspitione carentes, quarum secundum  
ordinem concessionis, sic incipit tenor.

P E T R V S de Mendoza, miseratione diuina tituli sancti Georgij ad  
velum aureum sacro sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis Hi-  
spaniæ, archiepiscopus Hispaleñ. & episcopus Seguntiñ. &c. Vniuersis &  
singulis præsentes literas inspecturis & visuris & audituris, salutem & be-  
nictionem. Relatum est nobis quod venerabilis vir Ioannes Luppi de  
Medina in decretis licenciatus archidiaconus de Almazan, in nostra ec-  
clesia Seguntiñ. & canonicus Toletañ, postquam extra muros nostræ vr-  
bis Seguntiæ, domum seu monasterium sub inuocatione beati Antonij  
presbyteri & confessoris de Porta Cæli vulgariter nuncupatum ædifica-  
ri fecit, volēs bona bonis addere atq; terrena in cælestia fœlici cōmercio  
cōmutare domum quandam siue palacium scholarum prope dictū mo-  
nasterium auctoritate Apostolica construxit, vbi scientiæ literarū legan-  
tur, videlicet sacra Theologia, ius Canonicum, & Philosophia (prout in  
literis Apostolicis desuper confessis plenius continetur) & insuper pro  
augmēto zeli & volūtatis prædictæ aliam domum, quam iuxta prædictū  
monasterium & scholas fabricari inchoauerat, similiter donauit ea ratio-  
ne, vt domus ipsa siue scholæ ampliores essent, ita vt duodecim pauperes  
clericis collegialiter simul in ea perpetuo habitare possent, cum quodam  
Rectorre & famulis in dictis scholis discentibus & audiētibus facultates  
ipsas, quæ de cætero legerentur, cum retentione iuris patronatus in præ-  
dicta domo ipsi archidiacono, quo aduixerit, & post eius uitam hære-  
dibus, & consanguineis propinquioribus, iuxta constitutiones & ordina-  
tiones per eum semper hoc factas, quarum tenores præsentibus pro ex-  
pressis habentes: Nos igitur attendentes quantum opera voluntas, & in-

tentio eiusdem archidiaconi in Dei seruicium diriguntur, & reipublicæ  
utilitatem ecclesiasticarū personarū et præsertim ecclesiarū ei totius diœcēsis  
nostræ Seguntinæ cōmodum cedant, maxime cum studeñ. et profi-  
cieñ. in ipso collegio de cætero possint fidelium animas in fide instrue-  
re ac legem diuinam exponere, prout sic Canones antiquitus instituerāt  
quibus nos conformare voleñ. propositum intentionem et institutionē  
prædictam laudantes et approbantes, ac etiam cupientes predicta omnia  
et singula perpetuis futuris temporibus else duratura, auctoritate nostra  
ordinaria, qua fungimur in hac parte velut melius possumus et debem⁹,  
prædictam domum per præfatum archidiaconum deputatam et cōstruc-  
tam cum omnibus finibus ac terminis ad structuram ædificium et com-  
plementum huiusmodi necessarijs in collegium erigimus, creamus et or-  
dinamus, eamq; in locum pium et religiosum eadem auctoritate redigi-  
mus et instituimus ita vt de cætero in perpetuum in ea habitare, et mora-  
ri queant tredecim pauperes clerici, saltem in prima clericali tōnsura cō-  
stituti: quorum unus Rector sit ac seruitores aliqui prout seruicio dicti  
collegij opus fnerit. Qui quidem seruitores in dictis scholis discere audi-  
re & proficere possint: dicto præterea archidiacono & successoribus &  
consanguineis eius ab eo nominandis ius patronatus præfacti collegij re-  
seruamus, prout ipse in prædicta sua fundatione & donatione reseruauit  
& instituit. Cæterum vi prædicti Rector & collegiales ac alij ad serui-  
cium deputati in dicto collegio existentes liberius & comodius scientijs  
vacare, & literis operam dare possint, animaduertentes, quod præstimo-  
nia, præstimoniales portiones, & simplicia beneficia hac precipue ratio-  
ne instituta sunt, vt pauperes clerici in studijs residentes, inde sustentari  
debeant, & illi maxime qui ingenio & docilitate præditi sunt, ob idq;  
ad residentiam huiusmodi beneficiorum non tenentur, attenden⁹. etiam  
quod iuxta Canonum diffinitionem bona clericorum pauperum sunt,  
idcirco ex officio nostro & ordinaria auctoritate & libera voluntate, ex  
nūc anneximus, unimus, & imperpetuum incorporamus dicto collegio  
sive domui scholarium pro eius dote & Rectoris ac collegialium, & ser-  
vitorum inibi pro tempore habitantium sustentatione, ac ad eleemosy-  
nas pauperibus distribuendas, necnon ad supplementum & resartionem,  
omniaq; alia & singula onera subeunda, quæ iuxta constitutiones & sta-  
tuta ipsius collegij, tam nostra quam Apostolica auctoritate, si forsan in-  
teruenerit, instituenda necessaria fuerint & exigantur, beneficia simili-  
cia & præstimonia ac præstimoniales porciones parochialium ecclesia-  
rū de Palaçuelos, del Atancze, de villa Cadima, & Dimidium inde Var-  
cones, de Barahona, & inuicem vñitarum de Alpanseque, & Marazouel  
de Varca, de Moron duo pernos dudum vñita, & à sede Apostolica con-  
firmata, de Bordalua, de Alconchel, & Torre hermosa similiter vñita-  
rum. De strigana dimidium, ac destras, de Sauca, de Spligares, de la huer-  
ta Arnaldo, de Alblanque, & sancti Salvatoris opidi de Atienza, de Huc-  
tos, & Ruguilla, similiter vñitarum, de Gaianejos, de Duron, locorū no-  
stræ Seguntinæ diœcēsis quæ & quas idem archidiaconus habet & pos-  
sideret

Præsti-  
monia  
instituta  
ad suste-  
nationē  
pauperū  
clericō  
rum.

Benefi-  
cia Col-  
legij.

sidet in dicta nostra Seguntiæ diœcesi, quam incorporationem vniōne  
 & annexionem dictorum beneficiorum & præstimoniorum illorum-  
 que fructuum & prouentum ex nūc pro tempore, quo prædicta benefi-  
 cia & præstmonia per cessionem, aut obitum dicti Ioannis archidiacono,  
 aut alias quouismodo vacauerint, aut vacare contigerit, seu in fau-  
 rem dictæ domus & collegij, & ad effectū dictæ nostræ vniōnis resigna-  
 ta vel dimissa fuerint facimus & instituimus. Per prædictam tamen vnio-  
 nem, incorporationem & annexionem, nullum præiudicium dicto Ioā-  
 ni archidiacono circa possessionem & ius, quod obtinet in dictis benefi-  
 cijs & præstmonijs, seu fructibus prouentibus atq; redditibus eorūdem  
 quo aduixerit parare volumus & intendimus. Verum si memorato ar-  
 chidiacono placuerit ad effectum dictæ nostræ vniōnis incorporationis  
 & annexionis, in parte vel in toto expressum consensum præstare in vi-  
 ta aut post eius obitum, quomodo cunq; aut quo cunq; tempore prædi-  
 eta nostra vniō, incorporatio, & annexio effectum suum sortita fuerit, eo  
 casu statuimus & eadem auctoritate decernimus, quod prædicti Rector  
 & collegialis ipsius collegij, aut eorum aliqui vel economus, aut sindi-  
 cus illorum ab ipsis Rector & collegialibus speciale mandatum habeat.  
 possint & valeant nomine collegij, & pro eo dictorum beneficiorum &  
 præstimoniorum, aut cuius libet eorum possessionem actualem, realem  
 vel quasi propria auctoritate apprehendere, retinere & habere, fructus  
 que decimas, reditus, prouentus, iura & obuentiones, & emolumenta eo  
 rum recipere, exigere & recuperare, vel ad tempus seu tempore arren-  
 dare, & ad firmam vel annuam pensionem dare, & in expensis & susten-  
 giales debonis  
 tationem dictorum Rectoris & collegialium, & ad alios usus utilitatem collegij  
 & conseruationem dicti collegij & personarum in eo habitantium pau-  
 perorumq; supra dictorum conuertere iuxta formam vim & continen-  
 tiam statutorum & constitutionum in ipso collegio per dictum archidia-  
 conum ordinandarum & faciendarum. Ceterum quoniā accepimus De  
 Ioānne archidiacono cōcordasse, & interposito iuramento firmasse quod  
 ipsi corūq; successores imperpetuum singulis annis in die festivitatis bea-  
 ti Antonij presbyteri confessoris, cum solenni processione ad prædictū  
 monasterium de Porta Cæli se conferent, vbi ipsis præsentibus missarū  
 solennia celebrentur, seu celebrari facient. Ita quod ipse archidiaconus  
 operam det, vt singulis personis dictæ ecclesiæ processioni & celebritati  
 huiusmodi personaliter interessentib[us] in eleemosynam vnum rega-  
 le argenteum pro quacunq; integra præbenda distribuatur. Igitur volu-  
 mus & ordinamus, quod dictus rector & collegiales ex fructibus & re-  
 ditibus & prouentibus dictorum beneficiorum, ac præstomialium por-  
 tionum, vt præmittitur vñitorum & vniendorum in perpetuum soluere  
 teneantur annuatim atq; distribuere singulis personis prædictæ ecclesiæ  
 personaliter processioni & missæ huiusmodi interessentib[us] vnum re-  
 gale argenteum pro quacunq; integra præbenda, vt premissum est, & ita  
 respectuē prout quisq; præbendam integrum, aut dimidiam in dicta no-  
 eti.

stra ecclesia obtinuerit, prout in concordia iuramento firmata, & coram notario publico & testibus inter predictos Decanum & capitulum ex vna, & predictum Ioannem archidiaconum ex altera partibus concessa & celebrata plenius continetur, quam hic ac si de verbo ad verbum inserta fuisset pro expressa habentes & reputari. eadem nostra ordinaria auctoritate ex nunc approbamus & ratam habemus & perpetuis duraturam temporibus roboramus. Præterea eidem Ioanni Luppi archidiacono de Almazan, quascumque constitutiones, statuta, & ordinationes necessarias, utiles, & fructuosas, vitæ, statui, & honestati, gubernationi, & sustentationi predicti collegij, Rectoris, collegialium & personarum in surasq.

eo commorantium, faciendum, ordinandum & constituendum, ne non ac modum & formam eligendi, recipiendi, & admittendi Rectorem & collegiales, & alias personas in dicto collegio pro tempore futuras existentias im- dictosque fructus, redditus, & prouentus dictorum beneficiorum & præponendi. stimationiorum, quemadmodum expendi & dispensari ad utilitatem & usus predicti collegij & personarum eius debeant, similiter statuendum & disponendum censurarum ecclesiasticarum adiectione, & multatum atq; pœnarum impositione, post factas constitutiones roborandum, promulgandum, & publicandum, prout melius et commodius sibi videbitur expedire auctoritate nostra ordinaria, velut melius possumus et debemus tenore presentium, potestatem licentiam et facultatem concedimus, pariter et auctoritatem. In quorum omnium fidem et testimonium iussimus presentes literas fieri nomine nostro subscriptas, sigilloq; nostro pendenti, Pontificali munitas, ac secretarij nostri subscriptione roboratas. Datis in ciuitate Hispalensi, sub anno a nativitate domini millesimo, quadragecentesimo, septuagesimo septimo, die vero prima Decembris. P. Cardinalis. S. Mariae Hispalensi. De mandato reuerendissimi domini mei Cardinalis. Didacu Gundissalui secretarius.

Bulla. S.  
D. N.  
Sixti. P.

**SIXTUS** Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si cunctos vigilanteæ nostræ diuina propitiatiōne creditos ex debito ministerij pastoralis paternis nos deceat affectibus intueri et illorum opportunitatibus prouisionis occurere gratia congruentis, illos tamen propensius gerimus in visceribus caritatis, ac opportuæ cōmoditatis auxilijs liberalius confouemus, qui literarum studijs, ex quibus christianæ fidei commoda, et rebus publicis ornamenta, ac singularibus personis munera et honores proueniunt, indefessa solicitudine incumbunt, et ijs quæ propterea prouide processisse comperimus, vt eo fit mius illibata permaneant, quo erunt maiori robore solidata, nostræ adiūcimus roboris firmitatem, ac alias desuper prouidemus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Ioannis Luppi de Medina, archidiaconi de Almazan, in ecclesia Seguntina petitio continebat, quod cum olim ipse incœpisset construi facere vnam domum extra muros Seguntinos, vt in ea duodecim clerci sub uno Rectori, literis operam darent, et vitæ necessaria iuxta ordinationes et statuta laudabilia, per cum edenda susciperent, dilectus

dilectus filius noster Petrus, tituli sanctæ Crucis in Hierusalē presbyter Cardinalis, qui dictæ ecclesiæ ex concessione & dispensatione apostolica præesse dignoscitur, domum prædictam in collegium studij scholiarum authoritate ordinaria erexit, ac pro eorundem clericorum & pauperum in dicta domo pro tempore degentium sustentatione, vnum ex duobus olim canonice vnitis, inde Moron, & inde Alconchel, & Torre formosa, & inde Bordalua, & inde Barahona, necnon inde Alpanseque, & inde Marazouel, & inde Palaçuelos, & inde el Atance, & in sancti Saluatoris oppidi de Atiença, & inde Duron, ac dimidium inde Varcones, ac inde Strigana, & de Sauca, ac inde Varca, ac inde Spligares, & de la Huerta, ac inde Alblanque, & inde Steras, ac inde Gaianeios, & inde Villacadima, ac inde Huetos. Necnon inde Ruguilla locorum ecclesijs Seguntinæ dicecisis præstimonialibus portiones & simplicia beneficia etiam seruitoria nuncupata, quæ dictus Ioannes obtinebat (prout obtinet) cum illa vel illas cedente vel decedente dicto Ioanne, seu alias illa quomodolibet dimittere vacare contigeret, dicto collegio ordinaria authoritate perpetuo vniuit annexuit & incorporauit, ita vt illorum fructus, redditus & prouentus in sustentationem clericorum & aliorum pauperum prædictorum, iuxta statuta & ordinationes edenda per ipsum Ioannem, cui super hoc facultatem concessit, distribuerentur prout in literis ipsius Cardinalis desuper confessis plenius dicitur contineri. Cùm autem sicut eadem petitio subiungebat pro eo quod nos omnis & singulas vniiones, annexiones & incorporationes, vniendi quoque, ac nestendi & incorporandi mandata perpetuo vel ad tempus, quæ effectum sortita non erant, per diuersas nostras constitutiones reuocauimus de vniione, annexionis & incorporationis prædictarum viribus à nonnullis hæsitetur, pro parte dicti Ioannis afferentis, quod collegij nulli sunt, et de Moron quadraginta quatuor, & de Alconchel, ac Torreformosæ vi ginti vnius, & de Bordalua, ac de Barahona etiā viginti vnius, necnō de Alpanseque, & de Marazouel, ac de Palaçuelos similiter viginti vnius, & del Atance, ac sancti Saluatoris, et de Duron, ac de Varcones viginti duarum, & de Strigana, ac de Sauca, ac de Varca etiam viginti duarum, & de Spligares, ac de la Huerta, & de Alblanque viginti, et de Steras, ac de Gaianeios decem et octo, et de Villacadima etiam decem et octo, et de Huetos et Ruguilla præstimoniorum, præstimonialium portionum et simplicium beneficiorum prædictorum octo librarum, tu. par. secundum communem estimationem valorem annum, non excedunt fructus, redditus, et prouentus, nobis fuit humiliter supplicatum, vt erectioni prædictæ pro illius subsistentia firmiori robur nostræ confirmationis adiçere, ac præstimonialibus portiones et beneficia prædicta dicto collegio, ita vt illorum fructus, redditus, et prouentus in sustentationem clericorum et pauperum prædictorum, iuxta ordinationes et statuta per ipsum Ioannem condenda con-

uertantur, ut præfertur de novo perpetuo vnire, annexere, et incorporare, eidemque Ioanni condendi ordinationes & statuta prædicta facultatem concedere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod semper in vniōibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interest, dictum Ioannem à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati dicti collegij erectionem prædictam, ac prout illam concernunt omnia & singula in dictis literis Cardinalis contenta, authoritate apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio cōmunitus, supplemusque omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerunt in eisdem, ac de Moron, & de Aleonchel, & Torre formosa, & de Bordalua, ac de Barahona: necnon de Alpanseque, & Marazouel, & de Palaeluos, & del Atance, & sancti Saluatoris, & de Duron, ac de Varcones, ac de Strigana, & de Sauca, ac de Varca, & de Spilares, ac de la Huerata, ac de Alblanque, & de Steras, ac Gaianeios, ac de Villacadima, & de Huetos, & Ruguilla, præstimonia portiones & beneficia prædicta, cū omnibus iuribus & pertinentijs suis dicto collegio, eadem authoritate perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod si illa, aut aliquod vel aliqua eorum, vel earum quoquismodo, aut ex cuiuscumque persona, etiam si per liberam dicti Ioannis, vel alicuius alterius resignationem de illis, in Romana curia, vel extra eam, etiam coram notario publico & testibus, sponte factam vacantis seu vacent, etiam si tanto tempore vacauerint, quod eorum vel earum collatio iuxta lateran statuta conciliij ad sedem apostolicam legitime deuoluta, ipsaque præstimonia, præstimoniales portiones, & beneficia dispositioni apostolice specialiter, vel ex persona dicti Ioannis capellani nostri generaliter reseruata existant, & super eis inter aliquos lis, cuius statuum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecissa dummodo tempore datae præsentium non sit in eis alias alicui specialiter ius quæsumum, ex nunc alioquin cedente vel decedere dicto Ioanne, seu præstima præstimoniale portiones & beneficia huiusmodi alias quomodolibet dimittente, liceat Rectori dicti collegij pro tempore existenti, per se vel alium seu alios præstimoniorum præstimonialium portiones & beneficiorum prædictorum possessionem propria authoritate apprehendere, & illorum fructus, redditus, & prouétus in suos & scholiarium, ac pauperum prædictorum usus & utilitatem, iuxta ordinaciones & statuta super hoc per dictum Ioannem edenda, conuertere, & perpetuo retinere dioecesani loci, & cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, ac dicto Ioanni ordinationes & statuta laudabilia

5

bilia & honesta, sacris canonibus non contraria, quæ ei opportuna  
videbuntur, pro directione & conseruatione dicti collegij condendi  
& ordinandi, illaque perpetuis futuris temporibus sub censuris ec-  
clesiasticis obseruari mandandi dicta authoritate facultatem conce-  
dimus, non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac alijs constitu-  
tionibus & ordinationibus apostolicis, ac illis quibus caueri dicitur  
expresse, quod nullus in ciuitate & dioecesis Seguntinæ præstimonial  
præstimoniales portiones, & simplicia beneficia obtinere possit, ni-  
si ecclesiæ Seguntinæ canonicus actu præbendatus, aut alias in illa  
perpetuus beneficiatus existat, quibus illis alias in suo robore per-  
mansuris, quoad permitta hac vice duntaxat specialiter & expresse  
derogamus, dictæ ecclesiæ Seguntinæ iuramento confirmatione apo-  
stolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis & consuetudini-  
bus contrarijs quibuscumque, aut si aliqui super prouisionibus aut co-  
mendis, sibi vel vniōnibus, annexionibus, & incorporationibus in eorū  
fauorē faciendis de præstimonij, præstimonialibus portionibus, & hu-  
iusmodi speciales, vel alijs beneficijs ecclesiasticis, in his partibus ge-  
nerales dictæ sedis vel legatorum eius literas impetrarint, aut alias ex  
quavis causa eis concedi obtinuerint, quas quidem literas, etiam si  
cum motus proprij et certæ scientiæ, ac quibusuis alijs clausulis dero-  
gatorijs, etiam talibus per quas caueretur expresse, quod illis nulla-  
tenus derogari possit, nec derogatum censeretur, nisi sub certis inibi  
expressis modo & forma, et pro quibusuis personis quavis dignita-  
te et authoritate fungentibus à nobis, et sede prædicta quomodolibet  
emanassent, ac in futurum emanarent, et per eas quæ sic ema-  
nassent ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quo-  
modolibet sit processum, & illas prosequenteribus concessum foret, vel in  
posterum concederetur: quod quibuscumque, quascumque vniōnes, an-  
nexiones, & incorporationes prosequenteribus in præstimoniorum & præ-  
stimonialium portionum, ac beneficiorum aliorum ecclesiasticoꝝ sub  
illis comprehensorum assecutione possint, & debeant anteferri, & pro-  
cessus habitos per easdem ac inde secuta quæcunq; etiā cū expressa præ-  
sentium literarū derogatione ad præstimonia, præstimoniales portiones  
& beneficia prædicta, volumus nō extendi, sed nullū per hoc eis quoad  
executionē præstimoniorū, præstimonialiū portionū, seu beneficiorum  
aliorum præiudicium generari, & quibusuis alijs præuilegijs indultis, &  
literis apostolicis generalibus, vel specialibus, quorūq; tenorū existat,  
per quæ præsentibus nō expressa, vel totaliter non inserta effectus earū  
impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorūque totis  
tenoribus de verbo ad verbū habenda sit in nostris literis mentio specia-  
lis, prouiso quod seruitoria beneficia huiusmodi debit is ppter ea nō frau-  
detur obsequijs, sed eorū cōgrue supportentur onera cōsucta. Nos enim  
ex nūc irritū decernimus, et inane si securus super his à quoquā quavis auto-  
ritate scienter vel ignorāter contigerit attentari. Nulli ergo omnino ho-

## CONSTITUTIONES

minum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communionis, supplicationis, vñionis, annexionis, incorporationis, concessionis, derogationis, indulti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo, octuagesimo tertio, sexto Kls Octobris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Q V I B V S ordinarijs literis pariter et apestolicis per nos Ioannem archidiaconum commissarium desuper deputatum eadem, qua tenemur obedientia et reuerencia suscep̄tis ordinaria, pariterque apostolica mā data, volentes executioni tradere, et facultate nobis iniūcta, vt tenemur fungi cupientes. In nomine sanctissimæ Trinitatis, patris, et filij, et spiritus sancti nostrum ordimur principium, qui est creator, factor, summus dispositor et ordinator omnium rerum, qui regit, quos condidit, quem habemus magistrum, atque optimum preceptorem, vt bene et ordinate nostrę procedant dispositiones, et maxime quę ad honorem et gloriam ipsius dirigendę sunt, necnon ad proximorum communem utilitatem, atque nostrarum salutem animarum ordinandę. Cuius suffragium humiliter implorantes, in presentiarum statuta et constitutiones intēdimus ac volumus ordinare, quibus in coniuēdo summe opus est, et ad sanctū regimen collegij in prædictis literis nominati præ maxime necessarium: verum quoniam Salomone dicente, nihil sub sole nouū, et faciendis quę facta sunt ad miniculum maximum præstant: ideo in his nostris constitutionibus probos viros et circūspectos in huiuscemodi negotio magna cum attentione exercitatos, atque laudabiliter et gloriose commēdatos, vt in plurimum sequemur rem ipsam aggredientes.

### ¶ Constitutio prima, de titulo Collegij.

I.



Vuoniā igitur pr̄ dictum collegium Dei pr̄eunte gratia impensis et opera nostra fuit constructum circa monasterium glorio-  
sissimi sancti Antonij presbyteri confessoris, per nos quondam aedificatum, dotatum, atque beatissimi Hieronymi sancto dicatum ordi-

ni, eodem titulo quo monasterium decorauimus, Volumus insignire collegium, videlicet ut collegium sancti Antonij nuncupetur.

### ¶ De numero collegialiū, & de eorundē ētate, & alijs quali- tatis, ac de numero cō- filiariorum, & eorun- dem officio.



A R V M æquidem es-  
set mortuos lapides glo-  
rioso gaudere titulo, nisi  
viuos

27

viuos insuper ædificaremus sanctis moribus & statutis diutius permanuros. Proinde ordinamus in dicto collegio futuros esse scholasticos trèdecim à prædicto collegio collegiales nominandos, quorum unus inter cæteros Rector erit, & caput in memoriam & reuerentiam Rectoris nostri redemptoris, pariter & saluatoris Iesu Christi domini nostri, suorumq; sanctorum duodecim Apostolorū, qui terdecim collegiales audituri sint scientias & facultates illis in scholis per nos fundatis & doratis, prope prædictū monasterium legendas. Erunt autem supra dicti tredecim collegiales galiū, pauperes, & in decimo octavo anno quilibet eorum salem constituatur.

*De etate. Car. 1. Car. 1. Car. 1. Car.* te colle- gialiū, pauperes, & in decimo octavo an- no quilibet eorum salem constitu- tus clericus admin⁹ primæ tōsuræ, non alterius professionis quā ordi- nis sancti Petri, & qui portare pos- sint habitum ipsius collegij. Vir au- tem desponsatus, aut vxoratus nul- latenus admittatur, recipiendorum vero non erunt germani duo. Non duorum fratribus filii, neq; unius incole loci quod intelligimus in eodem tempore. Cæterum quenam vbi consilium ibi fœlix negotiorū exitus: volumus & ordinam⁹, quod duodecim collegialium prædicto- rum restantium duo sint eligendi consiliarij, pro eo consiliarij vocati, quod cum dicto Rectori in rebus ad gubernationem collegij spe- cialibus intererunt, illiq; assident, cum quorum consilio Rector re- gat, gubernet, disponat, ordinerat, atque mandet executioni cuncta in prædicta domo & collegio emer- gencia: cōformiter ad statuta & or- dinationes infra scriptas, & secun- dum id quod iuxta suas consciencias provarietate temporum & ne-

gotiorum congruentius eis videbi- tur expedire.

¶ De modo eligēdi Rectorem & consiliarios, & de ætate & dualitatibus eligendorum, & de tempore durationis.

**B** Eatas fore res communes si earum Rectores studio-

sos, aut sapientiæ studere contigerit Platonis sententia est, & per oppositū infelices, vbi cōtrariū acciderit. Vnde cum in cunctis rebus collegij solicitude nos reddat perwigiles in Rectore & consilia- rijs eligendis vigilantiores nos efficiatque longe sollicitiores. Idcirco Satis est qui eligendus & Pro tempore debi quod at- to futurus sit Rector, vigesimum tigerit Vigesi- quintum annum adminus, consilia mūquar- rios vero non pauciores quam vi- tū annū ginti annos quemlibet corum ade- ex addi. 1. Car- ptū, volumus & ordinamus, quod- bajalis. q; tam Rector quam consiliarij de & ex sta- collegij gremio & collegialibus, & cétiori- non de extraneis elegantur, quoru- bus electio erit in modum qui sequi- Officia omnia tur. Hac vice duntaxat nobis præ- eliguñ- dicto archidiacono de Almazan, tur an- propter in experientiam collegia- nuatim ex addi. 1. Cardi- lium, Rectoris & cōsiliariorum in- cumbet electio, post hac vero in fu- nalis. turū omnes collegiales cum Rectori & consiliarijs prædicti collegij in die sancti Barnabe apostoli, que est undecima mensis Iunij, conuenient sub pena præstiti iuramenti apud locum capituli, ad hęc & similiā in eodem collegio deputatum ibiq; eadem die bina congregatio fiat, una ante prandium, altera vero post prandium: totq; congregatio- nes, si opus erit in sequenti die ce- lebrētur, in quibus Deū habētes so- lū præ oculis super hac re præstiti iuramenti

## CONSTITUTIONES.

juramēti nō immemores de magis idoneis, nouo Rectorē, nouisq; cōfiliarijs tractabunt & consultabūt, qua consultatione prouida & matura hinc inde habita, præ textu iuramenti fidelitatis atq; conscientiæ suæ, vnuſquisq; consiliarios & Rectorē apud se præuideat magis idoneos. Veruntamen qui huiusmodi negotium tractare debent, prudenter deliberatione consideraturi sunt ut quisquis in rectorem est eligendus, bene morat, sed necesse est in consideratione prouidus, in negotijs praticus: in rei communis administratione & gubernatione fidelis atq; solitus, in omni deniq; cōtrac-  
tatione circūspectus: par enim est, ut qui cæteros præcellit honore, ex cellat prudentia pariter & sanctis moribus. Sequenti vero die in qua celebrabitur festum sancti Antonij presbyteri & confessoris, quæ est tertiadecima mēsis Iunij, omnes collegiales prædicti ibidem pro tūc præsentes ibunt aurorę missam audituri, quæ in eodem monasterio ilia die in honoré sancti Spiritus celebrabitur. Qua audita deuote, omnes collegiales redeant ad collegium bini, ac bini cum silentio, statimq; nūllo facto inter uallo capitulum intrent. Intererūt præterea in codē introitu prior monasterij & religiosus qui præfatam sancti Spiritus missam paulò ante celebrauerat, vel vnuſ illorum in quoruſ duo rum, vel vnius eorum presentia coram notario, singuli collegialium seorsum iuramentum præstabunt ad sancta Dei euangelia, q; posposito omne interese, iactura, odio, fauore & affectione, eligent de prædicti collegij collegialibus Rectorē & consiliarios, quos iuxta suas con-

scientias regimini & gubernationi collegij personatum, & rerum ipsius nouerint magis idoneos. Quo iuramento sic præstito prior, aut religiosus præfatus electores monebit atq; ortabitur, vt secundum præstitum iuramentum inter se pacifice conferant de eligendo Rectorē. Conferent igitur super negotio inter se collegiales tantum, & quilibet collegialis manu propria paruā cedulam secreto scribet atq; signabit, vel si ante prædictam ultimam conferentiam iuxta conscientiam suam deliberauerit, & illam scripsierit secum afferet nomina rectores & consiliariorum eligendorum continentem. Vocatisque & introductis priore & religioso prædictis, seu altero eorum cum dicto notario, quisque collegialium propriam afferet cedulam, eamq; coram priore, ac religioso & notario prædictis intra birretū, quod prior habebit in manibus reponet secrete. Postquam vero numerus cedula rum numerum collegialium absoluuerit prædicti prior & religiosus, seu qui alter eorum fuerit præsens, sub periculo suæ animæ coram notario fideliter prædictas cedulas examinabūt attentes in quem ut in rectorem & in quos, ut in consiliarios vota complura condescendant, quod ut compererint nominabunt, ac publicabunt sic electos eisdemq; reliqui collegiales veros Rectorē & consiliarios reputabūt & reuerebuntur. Qui sic electi eadem electionis & publicationis hora acceptare teneantur officia ad quæ electi fuerint, sub poena priuationis totius collegij, qua in re nullam volumus exceptionem, sex excusationē admitti. Celebrata itaq; electione

## COLLEGII SEGVENTINI.

electione & electorum acceptatione omnes collegiales cum prædicto notario ad me toto tempore vitæ meæ vti ad fundatorem & patronū ipsius collegij recurrēt, & me Christi misericordia in pace requiescēte ad collegij patronos, quos in alia nostra constitutione, seu vltimè voluntatis dispositione nostris in hac re & scholarum negotio relinque- mus successores. Venient enim prædicti cedulas electionis in manibus notarij secreto gestandas mihi & post me successoribus meis in hoc negotio patronis præsentaturi, omnīq; postulantes instantia quantuus prædictos Rectorem & consiliarios electos in suis confirmemus officijs: q; si inspectis cedulis postulata patronis confirmare libuerit, à sic electis iuriurandum super sacra euangelia recipient, quod cum omni fidelitate et quātum in eis erit, omnimoda potestate hęc nostra instituta et ordinationes obserua- bunt in uiolabiliter, et ceteros ob- seruare facient, quodq; in examina- tione recipiendorum collegialium fideliter diligenterq; se habebunt, semperq; in huiusmodi receptio- ne nostra statuta obseruabūt. Quod que officia et administrationes, ad quę electi fuerint omni odio, pce, amore atq; fraude postpositis fideliter exercebūt. Et recte omnes fru- etus, redditus collegij conseruabūt. Et quantū in eis fuerit pro posse aug- mētabunt. Et quod Rector omnes fructus redditus pariter et impen- sas prædicti collegij sribet ordina- rie atq; fideliter, vel per alium scri- bi faciet, et quod de administratio- ne suorum officiorum in fine suitę poris plenam, debitam et fidelē da- bunt rationem. Nec à collegio ab-

sentes erunt quo usq; de suis vilica- tionibus rationem reddiderint. De quibꝫ rebus omnibꝫ sub die, anno et mense scripto facto et manibus electorū roborato, ac notarij testiū quę simul fide signato patroni, qui tunc temporis aderunt præelectos in Rectorem et consiliarios sine ali- qua difficultate cōfirmabunt. Qua facta confirmatione omnes cedulas vota et deliberationes collegia- lium continentे patroni lacra- bunt, quatenus in eis contenta mini- me à collegialibus cognoscātur, ne sit inter eos litium seminarium. Quibus peractis Rector et consilia- rij præteriti reponant in manibus noui Rectoris claves collegij cum omnibus rebus, quæ ad Rectorem expectant, qui sub fide notarij cun- et recipiet et publicum instrumē- tum inuētarij de oīnibus fiet: quæ omnia per nouum Rectorem rece- pta ipse in termino depositionis sue reddere intra tres dies successo- ri, sub pena periurij teneatur.

¶ De cassatione & dilatione electionum, & de iuramento prestanto nouo Rectori.

**S**i ob aliquam vero iustam et rationabile causam pa- tronis denegare prædi- cias confirmationes in totum vel in partem expediens visum fue- rit (super quo suas conscientias one- ramus) cassent electiones præfa- tas, vel illam, quam non confir- mandam decernent, ad quod trium dierum patronis à tempore præ- sentationis damus spaciū, intra quos tres dies si eleciones non con- firmauerint siue cassauerint in to- to, vel in parte, ad archidiaconū de Almazā electionū cōfirmatio seu cassatio

## CONSTITUTIONES

cassacio deuoluatur: si illo tempore præsens fuerit in Seguntina Ecclesia: in cuius archidiaconi absentia deuoluatur ad Prouisorem seu Officialem principalem domini Episcopi Seguntini. Quod si ab horum nemine intra duos immedia- te sequentes dies prædictæ electiones in toto vel in parte confirmatae siue cassatae fuerint, eo facto a collegialibus electiones factæ robur habeant atque vigorem, & prædicti electi coram notario & testibus prestito prefato iuramento sua officia libere valcent exercere. Quod si patroni seu alter ex dictis subrogatis electiones in toto cassauerint, seu in parte ordinamus, quod post prædictam cassationem collegiales habeat liberam facultatem eligendi alium siue alios secundum normam, in huiusmodi electione supradicta in illa officia quæ propter patronorum cassationem vacauerint. Quam per collegiales factam secundario electionem patroni confirmant modo quo supra. Quod si fortasse ultra sex dies post prædictam cassationem, secundam electionem collegiales distulerint: patroni intra tres dies immediate sequentes de officijs tunc vacatisbus prouideant viris iuxta suam conscientiam sufficietioribus, & ad collegij gubernationem magis idoneis. Sed si collegiales intra predictos sex dies secundam fecerint electionem, & patroni intra duos dies post illam secundam electionem ei præsentatam dictam electionem non confirmaverint, vigore huius constitutionis illa secunda electio robur habeat, & confirmationem: ita quod secundo electi auctoritate huius nostræ constitutionis habeatur, & reputetur pro illa vice in dicto collegio veri offi-

ciales confirmati hac conditione intellecta, quod prædicti electi seu nominati, & prouisi sint de collegialibus dicti collegij. Facta autem confirmatione vel prouisione Rectoris & consiliariorū: ut dictū est, & ab eis Iuramento ut premititur facto, cæteri collegiales & omnes ministri, Satis est & quævis aliæ collegij personæ in phocia tra tertium diē præsentabūt se sub ramētū priuationis collegij poena coram no præstet collegia uo Rectore, & præsente notario iu les ante rabunt super sacra Dei euangelia, quā in quod obedient rectori in rebus licet collegiū citis & honestis, pqq; acceptabūt si admittit, diligenterq; exercebunt officia per eundem Rectorem & consiliarios eis comedanda.

**¶ De tempore durationis Recto jalis.**  
ris & consiliariorum in suis officijs, & de electione vicere-  
toris.



Olumus & etiam ordinamus quod Rector & consiliarij non possint in eisdem officijs permanere nisi per biennium conti- nuū. Quibus dimisis non eligatur ad similia officia intra annos, hoc excepto si alius Rector non inueniretur idoneus, in talibus uolumus quod idem possit eligi eo volente & consentiente. Si tamen aliquis collegium steterit in eodem collegio iam per sex annos, non eligatur ad aliquid officium nisi per spacium unius anni, ne praetextu officij ultra septenium ibi permaneat. Qui vero fuerit in aliquo officio, in ultimo anno sui septenij: in medie De hac rate ultimi anni incipiat reddere residen- tia vide rationem administrationis sui officij. Nec elegantur ad aliquam admini- strationem in eodem collegio, nisi in addi- 4. Car- bajar. prius

prius ibi refederint ad minus per annum. Si autem contigerit, quod aliqua causa interueniente, Rector extra collegium moras traxerit, tempore quo recesserit, possit alium sustituere per mensem duntaxat, quem ipse cum consiliariis viderint expedire, transacto vero mensa pro rector dicti collegij cum consiliariis, vel confirment illum Vice rectorem, vel alium eligant secundum quod visum eis fuerit, quoniamque Rector predicit redierit. Si vero absentia illius fuerit perpetua, collegiales eligant alium, in cuius electione & confirmatione seruetur forma superius ordinata. Si autem aliquis consiliariorum a collegio recesserit, Rector cum reliquo consiliario, aliud loco absensis subrogabunt usque ad eius aduentum.

¶ De nominatione collegialium facienda per Decanos & capitula ecclesiarum.

6. **F**uia naturaliter illis afficiuntur & obligamur, quorum bonis usi sumus, & nos habuimus, & hodie possidemus in diuersis ecclesijs & dioecesibus nonnulla beneficia, de quorum fructibus atque prouentibus recepimus necessaria ad sustentationem huius fragilis vitae: ex quibus etiam condidimus & edificari iussimus monasterium & collegium supradicta & scholas, & ex eis dotauiimus loca memorata, prout in literis ordinariis atque apostolicis supra contentis prouidetur, ideo ordinamus & constituiimus, quod dicti collegiales nominentur, admirantur & recipiantur in dicto collegio modo sequenti. Ex ciuitate vel dioecesi Toletanensi duo. Ex ciuitate vel

dioecesi Hispalensi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Burgensi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Cordubensi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Gienensi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Conchenosi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Oxomensi unus. Ex ciuitatibus Calagurritanensi & Calcianis, vel earum dioecesi unus. Ex ciuitate vel dioecesi Legioni unus. Reliqui tres sint ex ciuitate vel dioecesi Segunti, prout inferius continetur: ita ut omnes collegiales sint tredecim numero, quorum presentatio & nominatio expectet ad Decanos & capitula ecclesiarum praedictarum, & cuiuslibet illarum, qui personaliter tantum intererunt in dictis ecclesiis tempore electionis & nominationis. Capitula vero ecclesiarum Calagurritanensis & Calcianensis, alternatim praesentent, Calagurritanensis ecclesia hac prima vice incipiente. Et quanuis in alijs collegijs, quae sunt Parisijs, Bononiæ, & Salmanticæ, non sine causa prohibetur recipi hi, qui oriundi sunt ab eo loco ubi collegium fundatum est: nos tamen ob amorem, honorem, & utilitatem patriæ, volumus & ordinamus, quod ex his tribus, quos decreuimus debere assumi & praesentari à Decano & capitulo ecclesie Segunti, hoc est, unus tantum sit oriundus à praedicta ciuitate Segunti, si ibide idem panus repertus fuerit, & nolumus hanc tronorum presentem constitutionem in toto vel in parte per alias derogari, sed in consilio in suo robore permanere.

Circa  
ting, unus tantum sit oriundus à praedicta ciuitate Segunti, si ibide idem panus repertus fuerit, & nolumus hanc tronorum presentem constitutionem in toto vel in parte per alias derogari, sed in consilio in suo robore permanere.

¶ De forma seruanda à Rectore in notificatione camerarum vacantium, & receptione collegialium, & de presentandorum qualitatibus.

Statui-

## CONSTITUTIONES.

7



Tatuimus pariter & ordinamus, quod quotiescūque cameram alicui collegialium deputatā quoquismodo in his constitutionibus contento vacare contigerit, Rector, qui tunc temporis præsidebit, cum consiliarijs scribat literas suo & consiliariorum nominib⁹ signatas, collegijq; sigillo corroboratas, & per proprium collectum est gij nuncium transmittat infra decē dies ad decanum & capitulū illius viginti ecclesiæ, cuius pro tunc vacabit camera. Quibus literis decanus & capitulum, de vacatione cameræ certiores redantur: & petant, quatenus Caruā alium virum pro vacanti camera, secundum formam harum constitutionum nominare & præsentare dignentur. De quarum literarum intimatione seu præsentatione præfatus nuncius authenticum responsum, aut saltem publicam instrumentum, ad Rectorem & consiliarios reportabit, per quod instrumentum intimatio & notificatio facta Decano & capitulo constare posfit. Et quoniam non parum refert hos vel illos presentare, Decanos & capitula huiusmodi scholares præsentaturos, obsecramus in domino totiusque caritatis & pictatis intuitu pro virib⁹ exortamur, quod omni fauore, vtilitate, odio, atque affectione postpositis, solum Deū habentes præ oculis, qui speculator astans desuper nos diebus singulis, actusque nostros prospicit, eligat, & matura deliberatione inquirant quos scholares præsentare debuerint: vt sint boni virtutibus dediti, discreti pariter, & ad literas discendiendo das habiles: quodq; sint pauperes, cum istud collegium non ob diui-

tes, sed propter pauperes fuerit fundatum, qui sint in primis scientijs, grammatica videlicet & logica erudiiti, alias etiam si nominentur, non recipiantur. Volumus præterea, q; post intimationem huiusmodi Decanis & capitulis factam, prædicti Decani & capitula intra duos menses suos præsentandos mittere tenetur, quod si fecerint per eos nominati atque transmissi, si tales quales præsentes constitutiones disponunt fuerint inuenti, recipiantur, atque in sic vacatibus cameris collocentur: quod si duorum mēsium tempus præfatum, sine præsentatione transfierit ob negligentiam Decani & capituli nō præsentantiū, Rector collegij & consiliarij, omnifauore, affectione, & prece cessantibus cum patronorum consensu, libere possint in vacantibus cameris Pœna alios scholares idoneos extraordi- nō præ- narios, & supradictis conditionibus sentan- compositos & calificatos admittre & recipere. Ita quod si in ijs ex- traordinariis receptionibus aliqui mihi affines vel ex parentela mea se obtulerint & inuenti fuerint idonei & calificati secundum tenorem harum constitutionum, admittantur & ceteris præferantur: & inter eos, qui propinquiores fuerint. Si autem de cognatione mea non se obtulerint in hac extraordinaria receptione, præferantur scholares, qui oriundi fuerint à locis, vbi prædictum collegium & monasterium habent beneficia, & inter hos magis idonei & calificati præferantur. His autem non concurrentibus, alijs vnde unque venerint, dummodo idonei & calificati, vt præmittantur, ac de regnis & dominijs Castellæ & legionis, &c. existant, admittantur,

## COLLEGII SEGVENTINI.

9

tantur, recipiantur & collocentur  
in cameris sic vacantibus, ut super-  
rius est ordinatum.

¶ De forma in eisdem rece-  
ptionibus obseruanda, & de  
poena non præsentantium in  
tra tempus præfixum duoru-  
mensium, & de alijs qualita-  
tibus recipiendorum colle-  
gialium.

8



Rdinamus etiā &  
præcipimus Recto-  
ri & consiliariis sub  
poena periurij, q̄  
non sint negligen-  
tes in certificando  
& intimando deca-

nis & capitulis ecclesiarum præ-  
dictarum super huiusmodi voca-  
tionibus camerarum, & in exami-  
natione illorum qui fuerint nomi-  
nati & præsentati, vel per eos & pa-  
trans extraordinarie admisi, mo-  
do iam dicto: ne aliquo modo co-  
mittant aliquā fraudem, ad hoc vt  
admissio vel receptio ad eos deuol-  
uat: imò præcipimus & eos mo-  
nemus, quod durante prædicto té-  
pore duorum mensium, non ob-  
stante quòd propriū miserint nun-  
cium ad notificandum tales vaca-  
tiones, mittant per alios nuncios  
qui se obtulerint literas suas, qui-  
bus nuncient vacationes, & requi-  
rant præsentatores. Et ordinamus,  
quòd illi qui fuerint præsentati &  
nominati per prædicta capitula ec-  
clesiarum infra spatiū dictorum  
duorum mēsium à tempore notifi-  
cationis per propriū nunciū fa-  
cte computandorum, non possint  
repelli à Rectore & consiliariis, ni-

si forte fuerint tales quales eodem  
constitutiones non admittunt. Et  
si cōtigerit quod peracto termino  
duorum mensium negligentia eo  
rum qui præsentaturi erant, patro-  
ni cum Rectore & consiliariis ele-  
gerint & admiserint aliquem ex-  
traordinarium scholarem ad came-  
ram vacātem: volumus ipsum per  
manere, & non repelli durante té-  
pore in his constitutionibus limi-  
tato, licet capitula ecclesiarū quo-  
rum negligentia & mora hoc con-  
tingint, velint alium nominare &  
præsentare. Si tamen ille qui sic  
præsentatus fuerit & nominatus  
post duos menses, cuius receptio  
& admissio locum non habet, vo-  
luerit permanere extra collegiū,  
& expectare vices fortunę, poterit  
audire & studere. Et si hi tales dede-  
rint operam literis tépore quo ste-  
terint extra prædictum collegiū,  
& fuerint virtuosi & bene morige-  
rati: volumus quod à patronis Re-  
ctore & consiliariis recipiatur in  
prima camera vacante, cui nō fue-  
rit prouisum ad præsentationem  
decani & capituli illius ecclesiæ,  
cui præsentatio competebat: & hac  
de causa talis extraordinaria ad-  
missio fuerit ad eos deuoluta, &  
permaneant toto tempore consti-  
tuto in his ordinationibns, in qua  
extraordinaria receptione non cō-  
currentibus scholaribus de paren-  
tela mea. Volumus vt hi omnibus  
alijs etiam illis qui fuerint oriundi  
de locis vbi monasterium & colle-  
gium beneficia possederint, & in-  
ter istos qui primò fuit præsen-  
tus, & eius præsentatio ob dictam  
moram non habuit locum præfe-  
reratur. Exortamur autem prædi-  
ctos præsentatores ecclesiarum,

B quod

## CONSTITUTIONES

quod in suis præsentationibus no-  
minent solū illos qui oriundi sunt  
à sua ciuitate vel diœcesi, aliter nō  
recipientur. Et si aliquādo hoc ex  
ignorantia præsentatiū, vel frau-  
de nominatorum cōtigerit, quod  
non oriundus à ciuitate vel diœcē-  
si, à cuius ecclesiæ decano & capi-  
tulo fuerit præsentatus, hoc cogni-  
to, sine dilatione compellatur in  
pœnā suę fraudis restituere quic-  
quam prædictum collegium ex-  
posuit in expensis pro eo, deinde  
expellatur ab eo. Et hac de causa  
devoluatur pro illa vice præsen-  
tatio & admīsio patronis Rectori  
& cōsiliarijs, sicut si dicti decanus  
& capitulum talis ecclesiæ nullū  
præsentassent. Volumus etiam &  
ordinamus, quod hoc statutum in  
vltima eius parte non possit muta-  
ri, corrigi, moderari, nec contra e-  
ius formam dispensari, nec à colle-  
gialibus possit illi intruso cōcedi,  
ut valeat in dicto collegio rema-  
nere sub pœna periuri, quā ipso-  
facto contra faciētes incurrit. Et  
ut capitula illarū ecclesiarum quę  
debēt præsentare & nominare col-  
legiales, non ignorent qualitates  
& conditiones quas debent habe-  
re præsentandi, & ad quę obligan-  
tur, quid etiam secū ferre debeant:  
& quomodo dictum collegium se-  
cū eis habitaturū est, mittatur vni-  
cuique prædictarum ecclesiarum  
instrumentum authenticū has no-  
stras constitutiones in se continēs,  
per quas venturi scholares pos-  
sint certiores fieri, quas habilitates  
sunt habituri, & quos libros laturi  
sunt. A cōsalté in principio secū affe-  
rant Magistrū sententiārū theolo-  
gi futuri, & qui philosophiā audi-  
turi sunt, textū philosophi. Et sibi

ip̄lis prouideat in omnibus alijs in  
his nostris cōstitutionibus non ex-  
pressis, vt non frustrāetur, nec in va-  
nu terant tempus, sperātes se à p̄c  
dicto collegio plus accepturos.

¶ De camerarū assignatione,  
& q̄ Rector possit cameras  
collegialium visitare.



T quia c̄ausa assigna-  
tionis camerarum tē-  
pore vacationis pos-  
tent in dicto collegio  
interuenire & oriri a-  
liquas diuisiones & scādala: ut hoc  
ne fiat, volumus & ordinamus,  
quod nūc à principio deputentur  
quatuordecim camerae, quarum  
principalis nominetur camera Re-  
ctoris: & una quęque cæterarum  
intituletur & nominetur à nomi-  
ne illius ecclesiæ ad quam præsen-  
tatio expectat: & quilibet in sua  
præsentatione & receptione intret  
cameram illius ecclesiæ à qua fuit  
præsentatus. Et sit contentus in ea  
permanere toto septennio, sine ali-  
qua mutatione: p̄t̄ illū qui ele-  
ctus fuerit in Rectorem, qui di-  
missa sua camera ad Rectoris ca-  
merā transitū faciat: tamē peracto  
tēpore illius officij ad sui tituli ca-  
merā reuertatur. Statuimus etiā &  
ordinam⁹, quod quādocūq; volue-  
rit Rector ingredi quācunq; came  
rā dicti collegij ad visitandū eam, sitare ea  
statim sine dilatione aliqua colle-  
gialis, qui in ea morabitur aperiat,  
& libertū præbeat ingressū ei sine  
cōtraditione aliquis: et si restiterit  
aut cōtradixerit nollēs aperire, sta-  
tim rector cōuocatis cōsiliarijs vel  
duob⁹ collegialibus aperiat fores,  
quibus patentibus videat camerā.

Prædictus

Qued  
Rector  
possit vi-  
tare  
camerā  
meras  
collegia  
lium.

## COLLEGII SEGVNTINI.

10

prædictus verò collegialis ob rebellionem & contumaciam, expellatur per annum à collegio, & anno elapsò recipiatur, & restituatur in eodem loco ubi ante expulsione permanebat. Et volumus q̄ absentiae cōtingentes ob illatas pœnas collegialibus, computentur in suo septennio.

¶ De scientijs in scholis legendis, & de horis legendi.

10



Via studium sapientiae in contemplatione & actione versatur, vnde una pars contemplativa dici potest, altera vero activa. Contemplativa autem ad conspicendam, intelligendam, & cognoscendam diuinam essentiam, sincerissimamque veritatem pertinet. Actua vero ad agendum vitam, id est, ad bonos mores instruendos. Hac ergo consideratione ducti, statuimus & ordinamus, quod in dictis scholis legant duo lectors, siue seculares, siue ecclesiastici, siue religiosi, dummodo sint sufficiētes: unus in theologia, alter vero in philosophia: qui prædictas legant facultates cum principijs ad eas pertinentibus, hoc modo. Quod alter illorum faciat suum principium in scholis in die solennitatis diuini Hieronymi doctoris. Sequenti vèro die, quæ erit prima dies Octobris, incipiat uterque suam lecturam ordinariam, modo sequenti. Qui sacram profitetur theologiā, legat suam lectionem hora prima, qui ad minus per unam legat horam quotidie. Lectione verò per-

De cathedra  
decreto  
addi. 7.  
fudato-  
ris.

fecta sit cum scholaribus per spatiū alterius horæ, conferendo super his quæ legit, & satisfaciendo dubitationibus audientium, & quæstionibus quæ occurserint: & declarando ac docendo ea quæ nō bene perpenderint. Lector tamen De po-  
nitis &  
multis  
lectorū,  
surrectionis, leget hora secunda vide ad  
post meridiem. A festo autem prædicto resurrectionis, usque ad finem mensis Augusti, hora tertia post meridiem in predi&is scholis leget (ut diximus de lectorē theologiæ) una hora: & per spatiū alterius horæ stabit cum scholaribꝫ faciendo ea quæ superius diximus de theologo lectorē. Si tamen patronis & Rectori visu fuerit, quod alius modo legendi & exercendi posunt prædictas scientias beat introducti ad maiorem utilitatem audiēti, hoc arbitrio corum relinquimus.

¶ De stipendio lectorum.



Voniam operarii vineæ domini Sabbaoth non debent fraudari mercede sua: statuimus & ordinamus, quod prædicti lectors in recompensationem suorum laborum, & nomine mercedis vel stipendiij, accipiāt annuatim de redditibus memorati collegij quadraginta milia morapetinorum, quos accipiāt modo, quem inferius sumus dictū in alia cōstitutione. Sed quia rationabile est, ut crescentibus fructibus collegij prædicti stipendiū etiam crescat lectorū: statuimus & ordinamus, q̄ postquā accreuerint redditus prædicti collegij in tantā

II

B 2      quantitatē,

Modū  
& horā  
legendi  
mutare  
Recto-  
& patro-  
ni cū cō-  
siliarijs,  
ex add.  
6. Car-  
uajalit.

## CONSTITUTIONES

De hoc quantitatem, scilicet, quadraginta millium morapeticorum quantā salario, nunc detrahimus ipsi collegio pro vide in additio ne. 4. su datoris stipendijs lectorum, corū quē am plus acreuerint: lectoribus cedat quinta pars inter eos æqualiter dividenda, siue remedium illud prouenerit ex beneficijs spiritualib⁹, siue alijs bonis temporalibus additis vel vnitis & datis quoquomo do p̄fato collegio: praterquam si accreuerit hoc titulo emptionis vel institutionis alicuius nouæ camere, pro collegiali parentellę institutoris, prout inferius in alia cōstitutione continentur. Nam in tali bus casibus, volum⁹ p̄dictas emptiones & dotationes cum carum fructibus cedant integræ collegio nulla parte lectoribus concessa.

### ¶ De qualitate paupertatis recipiendorum collegialium.

12



On p̄terit nos in vna superiorū constitutionum conditionem qualitatemq; recipiendorū tetigisse, in qua diximus virtuti deditos, discretos, ad literas habiles & pauperes qui collegium ingressuri sunt, futuros esse. Sed ne sub ampio paupertatis vocabulo, alij à nostro proposito pauperes veniant, illos duntaxat pauperes intelleximus atque intelligimus, quorum anni redditus, tā Valor in temporalibus, quā spiritualibus vni⁹ flo summam viginti auri florenorum reni est Aragoniae non excedant: quod si 265. mo excesserint, nec pauperes intelligenti- gimus, nec in nostro collegio vno, uide inreddi. lumus recipientur, tales nanque 13. fūda recipere pauperum esset fraudare toris;

mercedem. Quod si cōtigerit eos, quos intelligimus pauperes, postquam in collegio recepti sunt, habere aliquos alios redditus, siue in temporalibus, siue in spiritualibus ultra p̄dictos viginti florenos, volumus & ordinamus, quod post sex menses, à tempore eorum redditum adeptę possessionis co mputandos, teneantur exire collegium. Sed si per eos steterit quo minus superexcedētum reddituum possessio capta non fuerit, intra triginta dies teneantur exire collegium, vt in suis locis pauperiores succedant, sub pœna periurij, & nihilominus expellantur. Quomodo vero constare possit per collegialē stetisse de recipienda possessione, illud patronorum, Rectoris & consiliariorum arbitrio reclinquimus.

### ¶ Ad quos spectet recipiendorum collegialium examinatione.

13



Ruſtra scholariū ordinariè siue extraordinariè recipiendorum mores, habilitates, paupertatemque postularemus, si harum rerum prouidios exploratores non constituemus, qui sancto & circunspecto examine idoneos iuxta nostra statuta recipere, et non idoneos repellere debeant. Quamobrem attendentes, quod tanto ad seruendum prior quisque esse debet, quanto obligationē se esse cōspicit in redienda ratione. Ordinamus igitur, quod

## COLLEGII SEGVENTINI.

ii

quod huius inquisitionis negotiū Rectori & consiliarijs pertineat, quos per passionem nostri saluatoris rogamus, monemus atque hor tamur, quatenus mundanis affectionib⁹ & humanis depositis passionibus cum omni diligentia, omni cura, omni denique solicitude, in tam ardua, tam expedienti, tamq; necessaria causa procedant. Itaque de recipiendis scholaribus facto sincero scrutinio, & à quibus de illis edoceri possunt informati, illos in collegiales & socios recipient, quos in sanctis morib⁹ educatos, in requirita etate proiectos, ad literas habilitate dispositos, in principiorum grammaticalium & logicalium sufficientia imbutos, & de qua prælocuti sumus pauperes paupertatem iuxta nostra statuta idoneos cognouerint, & his intoto vel in parte contrarios excludant, qua in re totis pro viribus suas conscientias oneramus. Quod si fortasse in his controversia aliqua orta fuerit, attendentes consiliariorum paucitatem, ordinamus, quod Rector & consiliarij in casibus huiusmodi controversiae adiungant sibi lectores, à quibus de veritate dicenda iuxta interrogata iuramentum præstabitur, & in controversia iuxta conscientiā & præstitum iuramentum coram patrib⁹ quæ nouerint pronunciabūt. Qua consultatione & depositione sic habita plurimum opinio executioni mandetur.

¶ De tempore quo collegiales permanebunt in collegio.

14

 Voniam secundum apostolicas constitutiones in plurimque universitatibus suf-

ficientes & docti reputantur, qui in quacunque scientia per sex annos vel maiorem partem cuiuslibet anni studuerunt, ita ut ad gradus illius scientiæ promoueri possint: & in hoc nostro collegio qui totidem manserint annos studentes, non minus in scientijs quibus operam dederint docti sufficienesque euadere possunt: considerantes tamen fragilitatem remissionēq; humanā & studentiū paucitatem, quę ad cito in viros doctos euadendum ob non conferentiam adinuicem quoddam habet impedimentum, in hoc studentibus collegio ultra sex annos vnum cœdimus annum, ita quod liceat vni- cuique collegialium intra collegium per septennium permanere. In quo septem annorum tempore qui laudabiliter & studiosè vixerint nullatenus expellantur, quo expleto septennio nullus in collegio manere possit, etiam si à præsentatoribus secundario nominetur.

¶ De forma receptionis & expulsionis collegialium.



Anta nonnunquam solet fraus & dolus intervenire ob causam negligentium conscientias suas & inspectorem Deum contemnentium, quod nisi diligenti prouidentia illis obuiaretur ipsam communem utilitatē confundere non dubitarent: idcirco ut sua quisque gratia septennij contentus a simili proximum non defraudet: volumus & ordinamus, quod sit liber apud Rectorem sic intitu-

15

B 3 latus,

## CONSTITUTIONES

latus, in quo nomina receptorum  
 collegialium, diem, mensem & an-  
 num sua receptionis. Rector dili-  
 genter scribat, & modum rece-  
 ptionis aperte declaret. Itaque si  
 qui via ordinaria presentati no-  
 minatique recepti fuerint, sic in-  
 scribantur. Si qui vero extraordi-  
 narie negligentia praesentantium  
 operante pari modo de hoc clara-  
 mentio fiat. Scribet præterea v-  
 nius cuiusque iuramentum quod à  
 singulis in receptione de obser-  
 vantia statutorum recipi debet.  
 Volumus insuper & ordinamus,  
 quod quisque suo expleto septen-  
 nio si officium in domo non ha-  
 buerit, intra quindecim dies exi-  
 re tenetur collegium. Si vero a-  
 liquod officium domus habue-  
 rit, assignentur ei à Rectori quin-  
 decim dies suum septennium im-  
 mediate sequentes, intra quos de  
 suo officio sit redditurus ratio-  
 nem, qua redditia, intra sex alios  
 dies sub poena periuriū teneatur  
 exire collegium, suo successori lo-  
 cum quoniam occupabat relin-  
 quens. Sed si fortasse sue imme-  
 mor salutis (quod absit) quoquis li-  
 mulato colore exire renuerit, vel  
 resistentia facere præsumperit,  
 transactis prædictis terminis, Re-  
 ctor item & omnes collegiales cō-  
 corditer & vnanimiter statim si-  
 ne aliqua mora eum à collegio  
 cum omni honestate expellant,  
 sub poena periuriū, quam periuriū  
 pœnam ipsos factio omnes in co-  
 dem collegio commorantes in-  
 currant, nisi postpositis o-  
 mni fauore atque cau-  
 tela hoc nostrum sta-  
 tutum imple-  
 uerint.

¶ De forma iuramenti præstā  
 di à scholaribus & alijs in col-  
 legio recipiendis, & quādo  
 transgressores harum consti-  
 tutionum incurrāt periuriū.



Vos in custodiēdis bo-  
 ni communis statutis  
 propria nō sufficit vir-  
 tus, vinculo iuramen-  
 ti constructi attentio-  
 res ad illa obseruanda plerunque  
 reddūtur: hinc est quod intra col-  
 legium collegiales recipiendi po-  
 steaquā examinati tales quales no-  
 stræ constitutiones requirunt in-  
 uenti fuerint, ante assignationem  
 camerarum, & antequam de nu-  
 mero collegialium reputentur, iu-  
 rent in manibus Rectoris, presen-  
 tibus consiliariis, vel saltem præ-  
 sente notario secundum formam  
 iuramenti ad id infra contentā. De  
 quo iuramento idem notarius scri-  
 bat & faciat fidem, quo facto reci-  
 piantur in collegio, & eis assignen-  
 tur cameræ sibi pertinētes: aliter  
 vero nō recipiātur. Super quo præ-  
 cipimus Rectori & consiliariis sub Nota: q  
 poena periuriū, quā ipsos factio incur-  
 rānt, ne contrarium faciat. Illi ve-  
 ro qui in receptione sua prædictū  
 modū iurandi nō obseruauerit, in  
 tra quindecim dies post dictā præ-  
 sumptā receptionē iurare tenean-  
 tur, alias perdāt collegiū, & ab eo  
 expellant. Trāsgressores quidē no-  
 strarū cōstitutionū volumus virtu-  
 te dicti iuramenti ipsos factio periuriū  
 pœna incurrere, sed solum in-  
 current reatum periuriū, quando  
 de illa pœna in constitutione ali-  
 qua expressa mentio fiat, ut inobe-  
 dientes eo ipso illam incurrant,  
 aut sub tali forma à Rectori ali-  
 quid gredi-  
 tur.

16  
 quid siendum fuerit alicui iniunctum. Et ne ignorantia aliquem excuset, volumus harum constitutio-  
 num fieri tres codices eiusdem te-  
 noris, quorum unus nostro sigillo  
 signatus custodiatur in arca comuni  
 di eti collegij cum alijs instrumen-  
 tis, & iuribus ad idem collegium per-  
 tinentibus: alter codex reseretur  
 fixus in camera Rectoris: tertius  
 vero sit ligatus catena in capitulo  
 seu loco communis congregatio-  
 nis collegialium. Volumus etiam,  
 quod omnis haec nostrae constitu-  
 tiones in refectorio dum in mensa  
 permanserint collegiales legantur  
 bina vice quolibet anno: prima in  
 principio studij, secunda vero in  
 prima hebdomada post dominicam  
 primam quadragesimæ.

Cōstitu-  
 tiones le-  
 gidebēt  
 in refe-  
 atorio  
 bis in an-  
 no.

¶ De vita & honestate colle-  
 gialium.

17.



Bsecramus atque hortamur in domino omnes collegiales & inhabitan-  
 tes collegium, qua-  
 tenus fundamētum, vi-  
 tæ & conuersationis eorum sit in  
 timore Dei, quodque sint con-  
 stantes & vigilantes in continuo  
 studio, & attenti in auditione le-  
 ctionum, repetitionum, disputatio-  
 num, sermonum aliorumque actuum  
 scholasticorum, semper anhelan-  
 tes & procurantes sua vota adimpleri, hoc est, ut scientiam & vir-  
 tutes inueniant, quas quæsitiuri  
 venerunt: porrò in sua conuersa-  
 tione pacifici, in suis habitibus ho-  
 nesti, in suis alimonijs, id est, ci-  
 bo & potu temperati, quieti, con-  
 cordes, humiles & vnanimes in-

ter se existant, sacra euangelij do-  
 ctrinam sequentes qua dicitur, Qui  
 maior fuerit inter vos, sit sicut mi-  
 nister vester, ut tales degentes  
 consumantesque vitam honoribus  
 augmententur in hoc mundo,  
 & præmijs mereantur gaudere æ-  
 ternis. Ament collegium, hono-  
 rem eiusque utilitatem ad quen-  
 cunque statum deuenerint pro vi-  
 ribus procurantes. Monemus in-  
 super singulos collegiales omnes-  
 que habitantes collegium: quod  
 si aliquis socium suum vel dome-  
 sticum cognouerit non recte viue-  
 re, vel dishonestam vitam & con-  
 uersationem agere, vel quoismodo  
 cum cognouerit errare, iuxta  
 legem euangelicam cum mon-  
 re vellit, quod si non audierit ad-  
 hibeat secum unum vel duos con-  
 socios, ante quem, vel quos cum  
 corripiat, cui secundus correctio-  
 ni si non obediuerit, sub poena  
 periurijs quam eo ipso incurrat si  
 contrarium fecerit, zelo charita-  
 tis indutus, rem ipsam Rectori no-  
 tificet: ne ex defectu correctio-  
 nis in profundum malorum ille  
 veniat, consocijsque suis exem-  
 plum det malevitæ. Et si forte ali-  
 quis commorantium in ipso col-  
 legio fuerit vitiosus, criminosus,  
 scandalosus, multum mobilis in-  
 corrigitur, parum studiosus, in-  
 tolerabilis, seu alijs dans de se ma-  
 lum exemplum, a Rectori & con-  
 siliarijs castigetur toties quoties  
 opus fuerit: & si ad hanc vel aliam  
 correctionem faciendam Rector  
 indiquerit adiutorio, illud petat  
 a patronis, qui sibi modis omni-  
 bus præbeant: ne forte defectu  
 correctionis persecuerantia præve-  
 nuntur.

B 4 Qualiter

## CONSTITUTIONES.

¶ Qualiter collegiales se habebunt circa cultum diuinū, & quid debeant recitare pro anima fundatoris singulis diebus.

18



Voniam omnis scientia & omne donum perfectū desursum est descendens à patre lumen, & initium sapientiae est timor domini, Ordinamus atque præcipimus, quod Rector & collegiales omni die quo in collegio manferint legitimo cessante impedimento, eant ad prædictum monasterium sancti Antonij

Satis est quod qui liber auidat misam quo cunque hora vo ex addi. 10. fudatoris. audituri missam à principio confessionis usque ad finem, quae in aurora siue diei crepusculo ex ordinatione capituli generalis ordinis sacerdotum Hieronymi singulis diebus perpetuo celebrari debet, in suffragium animæ meæ, animarumq; meorum defunctorum. Et quoniam licet est eleemosynas facienti temporales, requirere ab his quibus facit orationes & sacrificia spiritualia, Ordinamus quod quilibet collegialium qualibet sexta feria durante prædicta missa, dicere teneatur septem psalmos pœnitentiales, cum letania & orationibus, omnij; die dominico dicent vesperas: quibus finitis, vel in die sequenti nocturnū primū cum laudibus defunctorū, pro salute animæ meæ, meorumq; benefactorum. Quod si aliquis collegialium cessante legitimo impedimento renuerit prædictam missam audire, faciat illa die pœnitentiam in mensa pœnitentium, ablatu sibi vino, tam in prandio, quā in cœna: et si contemptus alicuius &

contumacia in dies creuerit, ei maior pena iniungatur, secundum arbitrium Rectoris. Hortamur præterea omnes qui in sacris promoti vel beneficiati in collegio manserint quotidie dicere suas horas canonicas, alios vero licitum est saltem, ex deuotione singulis diebus dicere horas beatæ Mariæ, quod qui ita non fecerint, secundum Rectoris arbitrium corrigantur. Sint etiam memores atq; solicii omni die dominico missam magnam audiēre ubi eis placebit.

### ¶ De ordine sessionū inter collegiales.



Vm secundum prophetam sit valde bonum atque iucundum vnanimes fratres habitare in vnum: considerantes, quod in similibus collegijs ex ambitione vani honoris solet non unquam inter collegiales oriri discordia, proinde inter Rectorem & collegiales sequens ordo erit in sessionibus. Primò loco sedebit Rector, in secundo consiliarij: ita tamē quod qui antiquior in introitu collegij inter eos fuerit sedeat propinquior Rector: in tertio loco ceteri collegiales sedebunt, obseruata introit⁹ antiquitate. Si verò inter collegiales fuerint aliqui presbyteri, et si posteriores fuerint in introitu collegij, propter sacerdotalem dignitatem sedeant immediate post consiliarios, obseruata semper etiā in sessionibus sacerdotum inter ipsos antiquitate receptionis.

¶ De alimentis collegialiū, & quis debeat mensam benedicere.

Et si

19

Hic ordo seruat in re fectione, nā extra illud, habēda solū est ratio antiquitatis,

20



Tsiomnes homines de-  
ceat sobrie temperate-  
que viuere, ipsa verita-  
te monente. Custodite  
cordavestra, ne cibo et

Vide in addi. 11  
frundato ris.  
potu decipiatur, scholasticos viros  
est longe decentius. Propterea sta-  
tuimus & ordinamus, quod omnes  
collegiales, & quæcunq; personæ  
collegij, prandeant & cœnēt in re-  
fectorio, & benedicetur mensa à sa-  
cerdote si fuerit, in cuius abſentia,  
Rector benedicet: & ita fiet de gra-  
tiarum actione post prandium &  
cœnam, ponentur quidem in men-  
ſa panes in abundantia, carnes ve-  
ro arietis seu vacç, secundum tem-  
poris exigentiam, ponentur in me-  
ſa refectorij pro qualibet persona  
decem & octo vncias pro prádio &  
cœna: & quantum valebunt prædi-  
ctæ vnciae, tantū administretur cui  
libet in píscibus in diebus písciū, &  
in qualibet die habeant potagium

De hoc  
potagio  
vide in  
addi. 8.  
caruajal  
præparatum, secundum arbitrium  
Rectoris, maior pars suæ portionis  
administrabitur eis in prandio, &  
minor in cœna. Si vero maior pars  
eorum voluerint carnes falsas, vel  
fructus, quantum illa cōstabunt, tā  
tum detrahetur de portione princi-  
pali & ordinaria. Si carnes porci-  
nas elegerint comedere, non emēt  
qualibet anno plures quā quatuor

isti qua-  
tuor por-  
ci, debēt  
emivltra  
cōmuñē  
portionē  
ex addi.  
2. Cardi  
nalis.

porcos, quia studentibus non sunt  
hę carnes vtiles. Devinovero puro  
habebit quilibet pro tota die mediā  
mensuram, medio azumbre vulga-  
riter nominatam, quod vinum lin-

Rectoris arbitrium. Seruitoribus  
autem collegij administrabitur mi-  
nor portio, secundum quod visum  
fuerit Rectori & consiliarijs. Sed si  
aliquis in habitantium collegium

egrotauerit, sublata eius portione De infir-  
ordinaria, administrabūt ei omnia mis vide  
necessaria, prouideatque Rector add. 12.  
quod nemo sibi singat infirmitatē. fundato  
Habebit præterea quilibet studen- ris. & ad  
tium in qualibet hebdomada vnā di. 12.  
libram cādelarum pro suo studio: Cardina  
vel si propter incendijs periculum lis  
visum fuerit Rectori quod debeant  
vti olco, dabitur cuilibet oleū cqui  
ualens pretio candelarum.

¶ De ieiunijs in collegio ser-  
uandis.

 Via, vt sacra testatur scri- 21  
ptura, inter cæteras virtu- De ieu-  
tes morales, temperatia est nio in vi  
præcipua, sub qua continentia & gilia san  
præciunium quod pene infinitos ha- giliani  
bet fructus, & de multis isti præci- &ti Martini, vide  
pui sunt, scilicet, compressio vitio- in add. 2  
rum, cleuatio mentis, largitio vir- fundato  
tutis, & premiorum: quin etiam sa  
nitatē humanis confert corporib.  
Quas ob res ordinamus & statuim⁹  
quod collegiales & habitantes in di  
cto collegio, sub obligatione teneā  
tur ieiunare omnibus diebus quib⁹  
Romana ecclesia obligat omnes fi  
deles ieiunare, illis quibus obliga  
mūr per ordinationes & statuta e  
piscoporū Seguntiñ ecclesię, præ  
terea omni sexta feria præter quā  
si natuitas nři Saluatoris cōtigerit  
tali die euenire, quia iura non per  
mittunt aliquem illa die, nisi ex vo  
to ieiunare, omnibus vero diebus  
quibus ieiunauerint, hora compe  
tentī tribuatur eis refectio, secun  
dum quod iura & ipsa consuetudo  
ecclesiæ permittunt, ne ieiunium  
frangatur.

¶ De silentio & lectione in re  
fectorio.

Statui-

De ieu-  
nio in vj  
ferijs vi  
de addi.  
9. Carua  
jalis.

# CONSTITUTIONES

-22-



Tatuimus etiam & ordinamus, quod in refectorio omnes teneant silentium inter comedendū & cœnandum, nusquisq; suam legat heb-  
en super pulpitum, præter  
eum ipse lectiones vero le-  
ctio de sacro canone, hoc est  
, vel de vitis patrum, vel  
is sancti Hieronymi, seu  
ibis sancti Leonis Papæ  
orum scripturis deuotis,  
am fuerit Rectori.

¶ De vestimētis collegialibus  
dandis, & quod nullus egre-  
diatur à collegio sine ca-  
putio, & sine socio.

-23-

23.  
Ed quia homines non so-  
lum indigēt victu, sed etiā  
vestitu, & his habitis (vt ait  
apostolus) debemus esse contenti.  
Dē taxa Ideoq; ordinamus, vt vnicuiq; col-  
tionibus legialium detur annuatim vna cla-  
vestium mis in die sācti Hieronymi, qui est  
vide in addi. 13 pridie Kalendas Octobris, & sit ful-  
fundato ui coloris, quo colore vtuntur re-  
ris, & in addi. 10 ligiosi eiusdē diui Hieronymi, de-  
Card. & tur etiam eis clericale capitiū eius  
in 28. coloris quo vtuntur fratres diui  
Caru- Francisci, & hoc ob memoriam &  
jal. reverentiam diui Antonij, de cu-  
ius nomine monasterium & colle-  
gium prædicta nominantur. Ea e-  
tiam die detur vnicuique vnum  
De eal- par calceorum quos alij vocant so-  
ceis vi- tulares, & sint eius formē qua vtū-  
de in ad di. 10. tur ijdem religiosi beatissimi Hie-  
Caruaja ronymi. Item ea die primi anni  
lis. vniuersiūsq; introitus habeat an-  
dromadēm fortēm & villosum qui  
seruiat ei per totum septēnium, his

igitur acceptis ex facultatibus collegij sint contenti. Nam prout viri sancti dicunt : qui quæsierint aliud quam victimum & vestitum, & magis secundum curiositatē quam secundum necessitatem, inuenient malum & peccatum, clamis vero prædicta sit omnino clausa præterquam in locis per quæ debeant brachia extrahere, & hoc habitu teneantur uti quandocumque egredientur extra collegium prædictum, excepto si itinerandum eis fuerit extra terminos ciuitatis Seguntiæ, nam in talibus casu poterint uti quocunque libuerit habitu. Et si cuique contigerit egredi extra collegium, puta ad monasteriū vel ad scholas vel ad ciuitatē prædictam: siue quocunque terminorum eius ierit sine prædicta clamide & capitulo, ipso facto perdant memoratum collegium, & expellantur ab eo hac vice: cum hac tamē conditione quod iterum possit presentari ab ipsisdem presentatoribus & recipiatur in residuo tatum tempore sui septenij, & non secundum primam sed respectu ultime receptionis habeatur in sessionibus & prærogatiis dicti collegij. Sed si idem secundo inuentus fuerit in eodem defectu: expellatur irremediabiliter, & penitus sine recursu. In talibus vero perpetuis expulsionibus vel dimissionibus camerarum: pauperes hospitales eiusdem collegij succedant in vestibulis collegialium à collegio, sibi traditis. Exhortamur autem prædictos collegiales quod quando ituri fuerint ad prefatam ciuitatem Seguntinam: nō nisi bini ac bini eant propter honestatem, neq; quis a sus sit solo ire: ut si, permittente deo inimicis, terederit laqueos: habeant socium

socium adiutorem & subleuantem. Hoc enim valde comittimus Rectori, sine cuius licentia nemo vadat: & ipse prouideat. Quod si cui concesserit licentiam eundi ad ciuitatem, non det illi socium quem petierit, sed que viderit ipse Rector expedire. Et si quis transgressor fuerit huiusmodi ordinationis, puniatur ad arbitrium Rectoris.

¶ De his quæ danda sunt collegialibus pro ornamento camerarum, & de poena eorum qui de bonis collegij aliquid usurpauerint.

24



Item statuimus & ordinamus, quod Rector qui futurus erit currere tempore in eodem collegio, prouideat redditibus eiusdem, quatenus unusquisque collegialium habeat suam cameram paratam & ornatam his rebus. Primò arcam, scāno, sede, & studio, siue scriptorio: tabula etiā ob longa defixa in pariete, quam vulgari lingua atrium appellamus, ubi suos possit tenere libros. Or-

De his namēta vero cubiculi ista sint. Pri-  
mō culcitra ex lino forti facta, ubi  
palce inculcentur, quæ materno  
rū, vide camera idioma ex ergon appellatur. Item  
in addi. tomentum quod lingua Hispani-  
nī. Car- ca almadraque dicitur ex lino bri-  
bajalis, tel factam, quod quidem tomen-  
tum quinq̄aginta libras lanę ha-  
beat. Item duę lodices ex lana al-  
ba, & alia protegumento lectuli  
quæ vocatur frezada. In hyeme ve-  
rò cum his habeant aliud coperto-  
rium ex pellibus factum, quod di-  
citur pellon. Item duo linteamina

ex lino solido & cervical quod ap-  
pellamus almohada. Prouideat au-  
tem Rector quod habeant colle-  
giales duplia linteamina & cer-  
vicalia, ut alternatim alia seruiat  
dum alia lauantur: & quounque  
res supradictæ veterascent, taliter  
quod honeste nō possint illis vti,  
renouentur ex redditibus collegij,  
prout visum fuerit Rectori & cō-  
filiarij. Et si quis collegialium alia  
strumenta lectivel alia ornamēta  
cameræ voluerit habere, habeat  
de suo & proprijs expēsīs. Strictè q̄ nul-  
tamēn prohibemus, quod nullus

lūs dor-  
collegialium dormiat in camera  
alterius, excepto tempore neces-  
sitatis, puta propter infirmitatem,

& hoc cum licentia Rectoris: qui  
vero contrarium fecerit, priuetur  
per duos menses à portione refe-  
ctorij. Quando vero aliquis colle-  
gialis receptus fuerit in dicto col-  
legio, & ei fuerit camera assignata, manu propria scribat in libro  
ad hoc deputato coram Rectorē  
& duobus collegialibus omnia il-  
la quæ ad usum suos sibi conceduntur o-  
tur in illa camera, quā scripturam  
suo nomine signet. Cūm vero in  
finem septennij vel alias egressu-  
rus fuerit à collegio, restituat om-  
nia illa quæ accepit, prout in dicto  
memoriali continebitur. Dum ta-  
men permanserit in collegio, sit gressu-

obligatus bene tractare illa & cō-

seruare, prout melius poterit. Et si

quid horum sua negligentia tota.

na eius  
qui ali-

liter perierit, obligatus existat suis

quid de  
expensis illud restituere. Et si for-

te quid suadente diabolo aliquis collegij

collegialium vel officialium dolō suratus

vel fraude perdiderit de rebus col- fuit,

legij, necnon eorum qui in eo mo- vide in

rantur, vel quod deterius erit ali- addi. II

Carba-

quid jalis.

## CONSTITUTIONES

quid furatus extiterit, vel dederit panem, vel vinum, aut carnē, siue aliquid alium de substantia collegij, aut cōsenserit, vel dederit eam alicui ad hoc faciendum, præter poenam periurij quā volumus incurrisse: ordinamus, quod talis expellatur à collegio memorato, prius tamen imposita pœnitentia secundum arbitrium Rectoris, & restituto & satisfacto damno per ipsum illato. Si tamē dolus & fraus vel furtum exesserint quantitatē quingentorum morapetinorum, tunc collegialis qui talia perpetrauerit, Rectoris præcepto, mittatur in compedibus ligneis, quos vocamus vulgariter cepo. Qui quidem compes habecatur in præfato collegio, & inde nō eximatur, nisi prius facta plenaria rerum, quas furatus fuerit restitutione, omnibus tamē diebus quibus fuerit sic cōpeditus nihil aliud comedat præter panem & aquam.

¶ De forma seruāda in gubernatione collegij, & quod ei bona non possint vendi.

25 **N**ec ordinamus & concedimus Rectori & consiliariis, quatenus possint disponere & ordinare omnia necessaria & conuenientia optimè gubernationi collegij memorati, & omnium in eo commoratium: & quod possint supplere, corrige re & emendare omnes defectus cōtingentes circa seruitum & gubernationem præfacti collegij, hoc tamen excepto quod de bonis collegij tam mobilibus quā immobili bus nihil possint vendere, distra-

here, donare, vel quovismodo, siue q̄ collē colore alienare quacunque causa gialesnī vel necessitate interueniente: etiā hil pos- si vota omnium collegialiū in hoc fint ven concurrant. Permitimus tamen dere de bōiscol quod si viderint omnes collegia- legij, ni les vnanimiter, & iudicauerint vti si qui- litatē inde sequuturā, possint per- mutare bona quæ nunc habet di- cōditiō nō ter- cum collegium, vel in futurū ha- bebit, prius tamen adhibitis cōsen- su & authoritate patronorum eius- dem, & præmissa iuris solennitate in alienationibus rerum ecclesiasticarum statuta. Si autem contra- rium huius contigerit euenire, sit irritum & nullum, actores tamen & qui suū præbuerint cōsensum, fauorem, consilium & adiutoriū, & non contradixerint, nec restite- rent iuxta vires suas, ipsofacto sint periurij. Præterea compellantur satisfacere prædicto collegio da- mna quæ inde sequentur, & sic ex- pellantur ab eo. Volumus tamen quod res mobiles quæ adhibita di- ligenti cura circa earum conserua- tionem non possunt amplius dura- re, libere possint eas vendere, vel de eis disponere, prout viderint expedire ad maiorem utilitatem prædicti collegij. Præcipimus etiā & ordinam⁹, quod nec Rector, nec aliquis collegialium possit sub pœ- na occu- na periurij aliquid de bonis præfa- pantiū. ti collegij aplicare suis vīsibus, pr̄ collegij terquam ea quæ per has constitu- vide ad- tiones sibi permittatur. Volumus di. 15. su- etiam & ordinamus, quod quando datoris. aliquid maioris momenti occurre- rit faciendū in dicto collegio pr̄ dictus Rector pridie quā fiat, con- uocari faciat pro sequenti die o- mnes collegiales, congregati que simul in suo capitulo hora per Re- storem

Res-  
ues-  
deb-  
exp-  
ri-  
cōl-  
tio-  
mn-  
col-  
gia-

Res graecorum assignata tractent de negotiis non solum fiendo, & expediatur, prout videtur debent sum fuerit Rectori et omnibus collegiis expediri legibus, vel saltem duabus partibus sine tribus corundem. Et si qui iusto imponente oportimento cessante defuerint, et munium ad haec similia & quæcunque alia collegiū vocati a Rectori non concuerint in capitulo, puniantur ad arbitriū Rectoris. In minoribus autem negotiis, & quæ non fuerint tātē mollii, sufficiente vota maioris partis collegialium. Cetera verò quotidiana & communia, expedit Rector cum consiliariis, prout eis videbitur: ne distrahantur ab studio multitudine negotiorum qui literis operam dant. Quæ autem residunt graues, quæ minus graues, & quæ quotidiane sive cōmunes, hoc in Rectoris discreione & illorum, quibus collegij patrocinium committimus relinquendum esse censemus. Volumus etiam & ordinamus, quod nec Rector & consiliarii, nec omnes collegiales coniunctim vel divisim, contra ea quæ in his statutis & ordinationibus continetur, possint aliquid facere, mutare, modificare, corrigere, subtrahere, vel addere, neque disp̄sare: præterquā in his in quibus eodem ordinationes & statuta conferunt eis facultatem & arbitriū. His autem exceptis, in alijs habeant libram facultatem faciendi quod melius visum fuerit eis, ad optimam & meliorem gubernationem & utilitatem memorati collegij: bonorumque eius omniumque in eo commorantium. Monemus etiam & exortamur prædictos Rectores & consiliarios, quatenus durante tempore suorum officiorum cum omni diligentia & solicitudine cu-

rent hæreditates & bona præfati collegij, colligant etiam fructus & redditus mense collegialium ipsiusque collegio pertinentes, & laborarent circa hoc viribus & posse.

**¶** Quomodo corrigatur Rector si excesserit, & simili ter consiliarij.



T quia maior pars executionis harum constitutionum Rectori committitur, statuimus & ordinamus, quod si (quod Deus auertat) Rector in observatione earum vel in cura, quam debet habere, ut faciat certos obseruare eas fuerit negligēs, aut si præsumperit facere, vel alijs consenserit aliquid contra formā illarum attentare, vel visus fuerit male administrare bona collegi, statim duo collegiales, vel quicunque hoc cognoverit, cū omni charitate illud denunciet & p̄adat patronis memorati collegij, eis supplicans obnixe quatenus faciat obseruari & compleri omnia contenta in nostris ordinationibus: faciat etiam, ut defectus & negligentiae Rectoris circa administrationem earum rerum quæ diximus emendentur. Ad hoc autem faciendum De hoc obligentur omnes collegiales sub est limi pœna periurij. Patronos verò extortamur cum omni charitate, & super hoc suas oneramus conscientias, quatenus talem compellat Rector ad observationem prædictarum constitutionum, & ut faciat condignam emendationem præteriorum: qui si noluerit emendari, sed in sua præstiterit contumacia;

## CONSTITUTIONES

tie: p ius habita plenaria & vera informatione suorum excessuum & contumatiæ, puniant ipsum, & talem ei pœnam imponant, qualē eis visum fuerit, dato quōd plectatur perpetua vel temporali priuatione à dicto collegio, secundum exigentiam suorum delictorum atque excessuum. Circa hoc tamē sit omnis cura & solicitude, vt collegium cū bonis maneat indemne ab incommodis illatis à Rectori in sui administratione officijs: et si q Re- hac de causa vel alias visum fuerit citor & patronis, necnon consiliarijs & collégialib⁹ omnibus, vel maiori par- ri, com- pellantur di- mitte- res officijs in de Rectori diximus siendum, dici ficia in mus de quolibet consiliario, si al- certisca quid culpa ipsius contigerit in da- mnum vergere collegij prædicti. Quicunque verò ob sui officij ma- lam administrationem ab eo pri- uatus extiterit, nūquam deinceps in toto suo septennio fungatur ibi dem aliquo honore, & in memo- riam suorum delictorum vbi cun- que collegiales collegialiter cōgre- gati fuerint, & in refectorio vlti- mus sedeat, & quomodo cunq; per depositionem alicuius vacauerit aliquod officiū electiū, fiat elec- tio noui officialis, & in alijs offi- cijs prouideatur secundum dispo- sitiones harum constitutionum.

**¶ De reddenda ratione cuiuslibet administrationis, & de electione sindicorū.**

27 **P**Ræterea, quia secundum doctrinam euangelicam quicunque administraue-

rint aliqua officia, vel vilicationē, reddituri sunt rationē de eis. Ideo statuimus & ordinamus, vt illi qui bus frumenti, vini, & aliarum rerū administrationes à Rectori & consiliarijs commissā fuerint, habeat suos libros, vbi scribant quicquid unusquisque pro suo officio receperit, & hi libri signati manu taliū officialium sint apud Rectorem. Item habeat alios libros sive quin- terniones, in quibus scribant expē- tas & erogationes factas, quā qui- dem expensā scribantur per ele- menta literalia, & extra in margi- ne ponatur summa earum per nu- meros clare & distincte. Qui offi- ciales & ministri teneantur singu- lis quindecim diebus, vel breviori spacio, si visum fuerit Rectori, da- re rationem suarum expensarum eidem Rectori, in præsentia consiliariorum. Quā rationes, si iuste fuerint & rationabiles admittan- tur: sin autem, non, sed curet Re- citor vt fiat satisfactio, & emēda ab eisdem officialibus. Supradictæ au- tem rationes cum suis conclusio- nibus, signentur ab utrisque pro- prijs manibus. Ordinamus etiam, Electio quod prædicti collegiales singulis annis eligant & depotent tres per- sonas memorati collegij, qui bis in anno, scilicet, in octauis Natiuitatis nostri Salvatoris, & in octauis sancti Ioannis Baptiste audiāt & accipiāt vniuersales rationes, ex ēdi omnium rerum à Rectori & consiliarijs, in præsentia patronorum, ad diē vel illorū quos ipsi deputauerint. Epiphānia, in Qui Rector cū consiliarijs tenean- tur dare dictas rationes, & deputa- caru- ti eas audire & recipere infra pre- dictas octauas sub hac pœna, quod ille cuius occasione nō venerit, in effectum

effectum incurrat perjurium, & in super priuictur à portione refecto-  
ri: quandiu sua negligentia ratio-  
nes non redditur post prædictas  
octauas. Item Rector & consiliarij  
completo tempore suorū officio-  
rum infra mensem, teneātur red-  
dere rationem suarum administra-  
tionum nouo Rectori & consilia-  
rijs, & alijs duobus deputatis per  
prædictum collegium, sub prædi-  
ctis pœnis: quas ipsofacto contra-  
rium facientes volumus incurris-  
se. Et si alij collegiales præter su-  
pradicatos voluerint interesse: dū  
dictæ reddūtur rationes, volumus  
vt admittantur. Ordinamus etiam  
quòd præter iam dictas pœnas, pa-  
troni dicti collegij compellant ad  
arbitrium suum memoratos offi-  
ciales & quælibet eorum, vt red-  
dant prædictas rationes, quibus da-  
tis & conclusis, qui eas audierunt  
infra sex dies congregent omnes  
collegiales in loco solito, & eis re-  
ferant, aut legant relationē & mo-  
dum, quo se habuerunt in supradi-  
ctis rationibus. Quæ quidem ratio-  
nes si tales fuerint, et prædicti offi-  
ciales bene & fideliter administra-  
uerint sua officia, omnes collegia-  
les in præsentia notarij publici cō-  
ferant eis literas, quibus continea-  
tur bona corum administratio, et  
optima ratio commissorum cum  
omni complemento solutionis et  
quitationis: præterquam si aliquis  
dixerit in prædictis rationibus cō-  
tigisse aliquem errorem, vel aliam  
causam rationabilem ostenderit  
propter quam, non debeat eis con-  
ferri talis quitantia. Et in tali casu  
volumus quod patroni decernant  
hoc, vtrum talis litera solutionis  
debeat dari, vel ne: et collegiales

omnes stent determinationi corū.  
Et si forte prædicti officiales inue-  
ti fuerint rei alicuius culpe, vel  
fraudis, siue deceptionis: volumus  
ut præter pœnas positas in his con-  
stitutionibus contra similes, stri-  
ctius puniantur et castigentur à  
prædictis Rectore et collegialib⁹.  
Volumus tamen, quod ad pœnam  
et punitionem Rectoris collegia-  
les non procedant absq; authorita-  
te patronorū, et in his casibus per  
missis in his constitutionibus. O-  
mni autem diligentia sint solicii  
quatenus collegium cū bonis suis  
à prædictis fraudibus & deceptio-  
nibus ille sum remaneat.

¶ De conuiuijs non facien-  
dis.



Rdinam⁹ etiam, quod  
nemo collegialiū vel  
familiarium possit ali  
quem extraneum à di-  
cto collegio inuitare

28

ad prandium, siue ad cœnam, nec  
possit cum retinere ad pernoctan-  
dum: hoc excepto si pater vel fra-  
ter seu consanguineus alicuius col-  
legialis, vel aliqua persona de ge-  
nere masculino venerit ad visitan-  
dum aliquem eorum, vel propter  
aliam causam rationabilem, si vi-  
sum fuerit Rectori, & cum eius li-  
centia poterit aliquis collegialiū,  
vel ibidem commorantium simi-  
les personas inuitare ad prandiū, potest  
vel ad cœnam in sua cella, & hoc  
secū af-  
proprijs expensis: sicut tamen  
ista conuiua raro & non  
frequenter, ne quis a-  
liorum scanda-  
lizetur.

Vide  
addi. 16.  
fū dato-  
ris, & in  
addi. 30  
Cauaja,

Habēs  
conuiuā  
potest  
vel ad cœnam in sua cella, & hoc  
secū af-

ferre  
suā por-  
tionem  
ex add.  
14. Car.  
uajalis.

Dc

## CONSTITUTIONES

¶ De custodia bonorum, & scripturarum collegij.



29  
Via sapientis & optimi gubernatoris est, non solum præsentia prospicere, sed etiam futura præuidere: & licet hoc collegium in præsentiarum paruos habeat & redditus, pauca priuilegia, & modicas possesiones & bona propter sui nouitatem spem tamen habeamus firmam in illo datore bonorum omnium, qui ex paucibus panibus & modicis pesculis multiplicatis satiauit tantam multitudinem, ut veritas euangelica testatur, q̄ ipse multiplicabit & augebit bona & prouentus vide ad dicti collegij eo quod fundatum sit, & cōstructum in honorem & gloriam ipsius omnipotentis Dei, & in doctrinam veritatis & fidei catholice: quapropter ordinamus & statuimus, quatenus in camera Rectoris prædicti collegij ponatur arca magna ex ligno solido munita & roborata laminis ferreis, que habeat tres claves diverso modo fabricatas, quarum una habeat Rector, cæteras vero habeant consiliarij quilibet suam. Intra hanc auctem arcam sit fixa alia arca parua, cuius clauem teneat unus patronorum memorati collegij, & in hac parua arca ponantur & recondantur bullæ, priuilegia, & instrumenta, emptionum, censuum, & donationum bonorum ad præsatum collegium pertinentium. Sit etiam in prædicta maiori arca liber quidam, ubi prædictæ scripturæ sint cum iudicis autoritate, & signata signo notarii publici, modo quo fidem faciant omnia de verbo ad verbum,

qui liber ad usum sit cum opus fuerit ad faciendum fidem sicut ipsa originalia. Huius verò libri habetur exemplum in camera Rectoris affixum cum catena ferrea, ubi ipse & cæteri collegiales possint libere videre iura bonorum, & redditum pertinentium ad ipsum collegium, & valcent plenè informari de eis propter causas quæ contingere solent super similibus rebus, & melius sciāt defendere iura ipsius collegij. Prædicta enim arca parua si ne maxima & urgente necessitate non aperiatur: et si quando contigerit, quod necessitate urgente aliqua scripturarum originalium debeat à prædicta arca extrahi, prouideat Rector omni solicitudine & diligentia, ut quacutius poterit prædictam scripturam reddat suo loco: Rectorne distrahantur vel pereant originalia. In hac eadem magna arca regi possunt scribere literas missivas, aut aliquā scripturā numerū re sigillis collegiij, nisi prius oīa lectasue gillandæ sunt lectæ fuerint coram omnibus collegialibus: & nisi omnes vel maior pars cōserit in predicta sigillatione. Literæ verò missive, & quæcunque alia scriptura ipsi collegio pertinens, ab omnibus collegialibus videantur, & omnes consentiant. Responsa verò & alia quæ super his debent fieri, subscribantur & firmentur manu Rectoris & consiliario- rum, liarijs.

## COLLEGII SEGVENTINI

37

rum, quos nūc pro tunc ad hoc de-  
putamus.

¶ De memoria bonorum spiri-  
tualium & temporalium in li-  
bris scribenda.

30

**B**Item Rector præcipiat sic  
ti vnum librum, vbi scri-  
bantur originaliter nomi-  
na illorum locorum, vbi prædictū  
collegium habet præstmonia &  
& beneficia sibi annexa, & alios  
redditus, & nomina hæreditatum  
& possessionum, & aliorum bono-  
rum immobiliū ipsi collegio perte-  
nentium: & quocūq; ista bona au-  
cta fuerint scribantur & augēatur  
in dicto libro. Et si forte aliqua  
istorum bonorum perierint, vel  
permutata, siue ad maiorem utili-  
tatem collegij alienata fuerint, cau-  
sa talis alienationis siue permutationis  
scribatur in prædicto libro,  
vt in notitiā posteriorum veniant  
eadem, & in hoc non sint ambigui-  
siue confusi. Faciat etiā Rector sin-  
gulis annis alios duos libros, quo-  
rū alter nominetur liber rationū,  
in quo scribantur redditus & valo-  
res bonorum & aliarum possesso-  
num, & quo prelio conducuntur  
& locantur quolibet anno. Con-  
sequenter etiam scribatur solu-  
tiones eorum qui cōduxerunt, & de  
non locatis fructibus quos col-  
legerunt, scribantur etiam in eodē li-  
bro expensæ & erogationes factæ  
in dicto collegio illo anno. Itē in  
alio libro scribatur inventariū o-  
mnium bonorū mobiliū prædicti  
collegij, & quis habet ea in admini-  
strationē, vt de eis reddat rationē:  
& sic redditia ratione (prout in his  
cōstitutionibus ordinatū est) repo-  
natur memorati libri, & custodiā-

tur in dicta arca, seu alijs archiuis,  
vt si forte aliquando cōtigerit ali-  
quod dubium super redditibus &  
expensis, ex prædictis libris possint  
cognoscere veritatem. Et si aliquā  
do euenerit quod peractis expen-  
sis aliquid de redditibus superfue-  
rit: ordinamus quod reponatur in  
prædicta arca tale residuum, & fi-  
deliter conseruetur, quod debeat  
erogari & expendi in emptione  
hæreditatum vel reddituum, seu in  
opere & dñficiorū prædicti colle-  
gij, si necessarium fuerit venturo  
tempore, vel in alijs rebus necessa-  
rijs ipsi domui, prout visum fuerit  
omnibus collegialibus cum cōsen-  
su patronorum ipsius collegij.

¶ De prouisione facienda op-  
portuno tempore.

**R**eterea statuimus & or-  
dinamus, quod Rector &  
cōsiliarij habeant specia-  
lem curam, vt tempore opportu-  
no faciant suam penum, id est pro-

Hec p-  
uisio de  
uideant in necessarijs ipsi domui, bet fieri  
puta in pane, vino, carnibus, lignis expēsis  
& alijs huiusmodi quæ necessaria collegij,  
sunt substantatio in collegialum se licet ad  
cūdum formam harū cōstitutioni remo-  
num. Prouideant etiam in vestitu tiora lo-  
ipsorum: & sic ab eis data forma de ca sit cū  
rebus habendis & emendis, præci addi. i.  
pian ichonomo siue dispensatori, Caruaja  
ut querant & emant & ponant in lis.  
effectu quæ ipsi ordinauerint, &  
specialiter hoc sit curæ Rectori &  
consiliarijs quousq; viderint esse  
iam perfectū quod ipsi ordinarūt.  
Et quia contigit, Deo volente, ali-  
quos annos esse steriles in reb⁹ ne-  
cessarijs ad victum hominū: pro-  
pterea ordinamus, quod Rector &

C cōsiliarij

## CONSTITUTIONES

**V** consiliarij sint semper solicii & prouideat, ut in praedicto collegio superline omni tempore ad minus trecente mensurę tritici, quas materna lingua, fane gas vocamus, & quas etiam nos in presentiarū collegio donamus. Itaq; hæc semper de in ad supersint in eadem domo. Et si dodrio.<sup>15.</sup> minus praedicta non fuerit in tali ne Carua- cessitate constituta, volum<sup>o</sup> quod jalis. dent & tradat mutuo quolibet anno personis indigentibus medietatem dictę sumę, prouiso quod personę, quibus mutuum fuerit datum, sint bonae & pacifice conuersationis, & presentent talē cautionem & securitatē sufficientē & idoneam: quod in mense Septembri ciusdē anni reddant praedictum frumentum ipsi collegio. Et si propter penuria suę sterilitatē alicuius anni collegium, ex illis aliquas acceperit: Rector & consiliarij teneantur adhibere diligentiam, ut suo officio durante deposito restituātur mensurę, quę sic ab eo ablatę fuerunt. Et si forte (quod absit) Rector & consiliarij fuerint circa hoc negligentes, teneantur satisfacere ipsi collegio super damnis quę sua negligentia contingerint. Si verò frumentum non fuerit datum mutuo, temporibus necessarijs renuetur expensis collegij & vetus ad ministretur in refectorio collegij ad arbitrium Rectoris & consiliiorum.

**¶** Quis debeat iudicare inter collegiales.

32

**S** ubmittimus collegium ipsum & personas in cōmorantes domino Epi- laco Seguntiā. ciusq; ordi-

narię iurisdictioni. Volumus tamē & ordinamus, quod si quando contigerint controversiae aliquę, vel litigia inter ipsos collegias vel personas memorati collegij, non querant aliunde iudicem, sed proponant causas suas coram Rectori & consiliarijs, qui ad plenum informati, & certiores facti, atque cognita veritate, proferant sententiam iudicando quod iustum fuerit, non seruata forma iuris in procedendo, nec receptis aliquibus libellis. Si tamen contigerit, quod in ea forma iudicandi aliqui putauerint sibi fieri iniuriā à Rectori & consiliarijs, conquerantur de eis apud patronos qui iuste iudicent inter eos, & standū sit eorum arbitrio sine aliquo refugio vel appellatione. Et si quis contra formam huius constitutionis præsumperit aliter litigare inter personas praedicti collegij, ipso facto priuatus existat camera sua, atque expellatur à domo sine aliqua remissione.

**¶** Qualiter elegantur le-

ctores.



Tem ordinamus & statuimus, quatenus nominatio & electio lectorum qui in praefatis scholis lecturi sunt, me viuente pertineat mihi, tanquam fundatori & patrono praefati collegij & scholarum, post decepsum verò meum sequēs seruetur forma. Nā quandocūq; aliquis lectorum cessauerit à lectionibus, morte, siue absentia,

33

absentia, vel amotione, aut alio quocunq; impedimento perpetuo, vel quacunq; causa legitima interveniente, Rector & consiliarij specialiter ad hoc vocati congregentur in capitulo, & infra tres dies faciant scribere septem cartas seu cedulae sub forma inferius scripta, quæ subscribatur manu Rectoris & notarij, & muniantur sigillo collegij, Quarum una infra predictos tres dies affigatur in valuis scholarum predictarum, alia verò in porta cathedrali, item alia in valuis principibus quæ lingua vernacula dicitur, la puerta del perdon ecclesiæ Seguntiæ. Quarum affixionis, die, mensem, & annum scribat predictus notarius in libro collegij, & infra alios duos dies sequentes mittant nuncium expensis collegij ad uniuersitates Salmaticæ & Vallis Oleti, qui figat binas similes literas siue cedulae in duabus valuis cuius libet ipsarum uniuersitatū. Quarum affixionū predictus nunciū ferat publicū testimoniū, cum die, mēse & anno. Hi verò qui infra tempus contentū in predictis literis siue cedulae venerint vndeccūq;, & petierint sibi dari cathedrali vacante: coram Rectore & notario admittantur, & legat unusquisq;, prout venerit quatuor lectiones à Rectore assignatas, cū consilio alterius electoris. Quibus lectionibꝫ assint collegiales omnes, & ceteri scholares qui voluerint interesse. Postea verò quāsic omnes legerint suas lectiones, patroni vel deputatus ab eis & Rector cū collegialibꝫ simul conueniant in predicto collegio, & admittant secū alterum lectorem, qui alterā reget cathedrali: & omnes iurēt, quod postposito amore, odio

& affectione, eligent illum quē cognoverint esse meliorē & maiori sufficientia ad regendum predictā cathedrali. Hoc iuramento factō dicant prius votum suū patroni, vel ab eis deputatus, deinde Rector, cōsequēter alter elector, post ipsos verò omnes alij collegiales separatim & secretē. Quæ vota accipiat prior præfati monasterij cū publi co notario qui ea scribat: & ille in quē omnia vota vel maioris partis cōcurrerint, eligatur, ut regat ipsā cathedrali. Et volumus quod ille qui tenuerit vices patronorum habeat duo vota, quantū ad regulandū & numeradū ipsa vota. Volum⁹ etiā Collegi⁹ ordinamus, quod si quis collegia liū graduat⁹ postulauerit sibi dari predictā lecturam, & inuentus fuerit sufficiens & idoneus, ceteris paribus præcedat omnes alios, super quibus omnibus oneramus cōsciētias eorum qui in predictis actibꝫ cōcurrerint. Electus verò nouiter ad legēdum ante quā admittatur ad possessionem & lecturā, iuret se obseruaturū in quantū poterit formā traditā in his cōstitutionibus, circa lectiones suas & circa modū, quo melius auditores proficiāt in scīentia, & q̄ semper quereret utilitatem & bonū predicti collegij, & q̄ in dicta lectura non se intromitteret, nisi quantū hę nostrę constitutio-nes sibi permittunt: cuius iuramen- tum fiat publicum instrumentum.

¶ De forma seruanda in institutione, & de institutione electorum, & quibus de causis à cathedris repelli debeant.

**E**t quia superi⁹ in proxima cōstitutione cōtinetur, qđ institutio & electio electorū

## CONSTITUTIONES

me viuēte pertineat mihi: post decessū verò meū patronis & Recto-  
ri ac collegialibus dicti collegij, se-  
cundū formā superi⁹ traditā, quia  
tamē honestius est lectors non ad-  
mittere, quā postquā admiserint  
expellere: ideo rogam⁹ & obsecra-  
m⁹ in dño Iesu pr̄dictos patronos  
Rectorē, & collegiales, quaten⁹ at-  
tēte prouideāt & sint solliciti, vt vi-  
deant quē admittunt ad regēdum  
dictas cathedras. Postquā verò i-  
psos admiserint, facile eos non ex-  
pellant. Quā expulsio vel amorio  
pertineat illis, sicut nominatio &  
electio. Causæ verò perpetuæ siue  
temporalis expulsionis lectorum,  
vel cuiusq; eorum, siue vacationis  
cathedralium specialiter sint quæ  
sequuntur. Prima obitus lectorū.  
tenetur Alia absentia à lectura per spatiū  
recipere - trium mensium. Tertia insinuitas  
regradū perpetua. Quarta negligentia, vel  
in facul- malum regimē ipsarū cathedralium,  
tatibus suarū ca quod veniat in dispendiū audiētiū.  
thedra. Quinta est si habuerit publicā con-  
rum, vt cubinā, vel mulieres suspecte fre-  
possint quētauerint domum eius. Plures  
alijs cō- alij causæ possunt cōtigere quib⁹  
ferre, vi iuste amoucātur à lectura supradi-  
de addi, 16. Car. eti lectors, quas in arbitrio insti-  
uajalis. tutorū relinquimus, super quibus  
Et est de oneramus corū cōsciētias. In quar  
hoc de- to & quinto modis vacationū, vo-  
claratio lumbus quod pr̄cedat à patronis  
Patro- charitatiua monitio corā Rectorē  
norū in & consiliarijs, quod si lectors non  
fine ha- rū cōsti se correxerint post mensē à tépo-  
tutionū re factæ monitionis declarent ca-  
thedralm illam vacare.

¶ De habitatione & salarium  
lectorum.

35 Sed quia in alia constitutione ex-  
titit ordinatum, vt in scholis,

que sunt circa pr̄dicti monaste-  
rium legant duo lectors, vñus  
theologiam, alter verò philoso-  
phiam, quos volumus propter vñ  
litatē studentiū & collegialiū habi-  
tationē habere prope memoratū  
collegiū, & nō in ciuitate. Quibus  
deputamus ad morandū pariē su-  
periorū domus quæ respicit ad se-  
ptentrionē: nā inferiorē partē de-  
putauimus vt sit hospitale, in quo  
fideles possint adipisci & cōsequi  
indulgentiā & plenariā absolutio-  
nem, quā pr̄fatus sanctissim⁹ dñs  
noster Sixtus Papa quarto perpe-  
tuō cōcessit decedētibus in pr̄fa-  
ta domo, ad hoc per nos deputata.  
Pr̄dicta verò lectors habeāt por-  
tas suarū habitationū extra pr̄di-  
ctū collegiū, ne familiares lectorū  
ad collegiū, nec collegiales ad ha-  
bitationē lectorū possint transire  
per interiorē domū, nisi ab extra-  
tantū. Qui lectors deferant suā su-  
pellectilē & ornamēta domus &  
cetera necessaria, nā nihil aliud ac-  
cepturi sunt à pr̄dicto collegio,  
pr̄terquā mercedem suā quæ eis  
datur ratione lectionū quotannis,  
vt supradictū est. Quā quidē retri-  
butio detur eis, atq; soluatur hoc  
modo. In fine mēsis Decēbris Re-  
ctor & cōsiliarij teneātur persolue-  
re vnicuiq; lectorum quartam par-  
tem totius mercedis. Item in fine  
mēsis Martij aliā quartā partē: aliā  
in fine Iulij: ultimā verò in fine Se-  
ptēbris. Itaq; eo tépore omnino sit  
redditum eistotum salarium, & in  
pr̄dictis terminis bene & rea-  
liter sine dilatione persoluantur  
quartæ pr̄dictæ alioquin per cen-  
surā ecclesiasticam virtute dicta-  
rum facultatum nobis concessarū  
patroni procedant contra ipsum  
Rectorē

## COLLEGII SEGVENTINI

19

Rectorem & consiliarios, quos cōpellant obseruare & complere cōtentia in hac constitutione, prout eis bene visum fuerit.

¶ De tempore quo lectores possunt esse absentes, & quis eo tempore debet legere.



36

Tem ordinam<sup>o</sup>, quod prædicti lectores legat omnibus diebus lectiuis in præfatis scholis,

& nō possint substitue realios, excepto tempore infirmitatis: & in tali casu substituat alios, & lucentur totum salarium integrum. Si tamē aliqua causa occurrerit eis propter quam oporteat eos esse absentes à suis lectruris, petant licentiam à patronis collegij, qui in talibus casibus considerent si causa est legitima, necne. Considerent etiam damnum venturū propter sui absentiā, multis qui venerant eius audituri doctrinam: & si visum fuerit prædictis patronis quod debeant tales licentiam concedere, concedant. Et posse vnuſquisque lector in similibus causis habere licentiam triginta dierum singulis annis, & tunc tēporis substituat alium, & lucretur in his tri-

Lectores posse legerit per substitutum, satisfaciat sunt cesare omniꝝ à die san- gressus fuerit, nihil lucretur dum eti Lau fuerit absens, substitutus verò ha- rētij vſ- beat medietatem mercedem cōtin- que ad gentis eo tempore. Si verò tribus die diui mēsib[us] continuis vel interpolatis Hieronymi, i addi. 18. Cardi- te causa legitima infirmitatis, vel nalis.

si aliquod impedimentum perpetuum interuenierit, quicunq[ue] lectorum ipsi facti videantur prædicti cathedralē vacare, & tanquam vacantibus ipsis prouideant Rector & consiliarij secundum formā in alia constitutione decretam. Volamus etiā ut vacet, & super sit scholaribus aliquod tempus ad recēdos animos virēsque refundandas, quatenus à solennitate nativitatis virginis Mariæ usque ad primum diem mensis Octobris cessent prædicti lectores à lectionibus ordinarijs, & sint occiosi qui voluerint.

¶ De exercitio circa officium prædicationis.



Rdinamus etiam quatenus collegiales post

37  
quam audierint à lectorē theologia tribannis & studuerint, o-

mib[us] dominicis diebus & festiuitatibus solennibus post primam missam conueniant in loco ad hoc deputato, videlicet in scholis: ut dicant sibi modum & exercitentur, proponendo populo verbum Dei, ubi secundū gratiam vnicuique collatam, proponeat inter scipsum Deiverbum per modum exclamatorium. Et hoc cōmittimus prædictio lectori theologiae, vt secundum quod viderit vniuersitatisq[ue] dispositionē & habilitatem, sic distribuat eis ipsas propositiones, quibus intersint omnes collegiales, legitimo impedimentoo cessante, vel licentia Rectoris non interuiniente: alioquin priuetur in mēsa ea die à vino, quibus actibus admittantur, tam ad audiendum, quā ad proponendum religiosi: &

Vide in addi. 17  
Caruaja lis.

C 3 quicunq[ue]

## CONSTITUTIONES

qui<sup>cū</sup>que scholares qui voluerint  
interesse admitti.

**¶** Quibus temporibus habitā  
tes in collegio debeāt confi  
teri, & recipere eucharistiā.

38

**S**acra enim scriptura di  
cit, In anima maliuola, &  
in corpore subiecto pec  
catis, non intrabit sapientia. Ideo  
statuimus & ordinamus, quod o  
mnes collegiales & cæteri habitan  
tes collegium, teneātur saltim ter  
in anno confiteri peccata sua pro  
prio sacerdoti, vel alteri idoneo.  
Primò, in principio suarum lectio  
num. Secundò, in quadragesima.  
Tertiò, in mēsc Iunij ante elec  
tionem Rectoris & consiliariorum.  
Deinde toties quoties voluerint di  
uina fauente eis gratia. Teneātur  
etiam saltē bis recipere euchi  
stiā, semel in nativitate nostri Sal  
uatoris, & iterum in eius resurre  
ctione. Et si fore<sup>c</sup> propter infirmi  
tatem vel aliam causam legitimā  
non poterunt prædictis diebus sa  
cramenta recipere, cōmunionem,  
sequentibus recipient diebus. Si ra  
men in suspicionem alicuius inci  
derit Rector, quod non compleat  
hoc, compellat ipsum portare in fi  
dem & testimonium prædictorum  
chirographum scriptum manu  
sacerdotis, cui confessus fuerit pec  
cata sua. Si verò aliquis vel aliqui  
contépsérint cōplere omnia, quæ  
in hac cōstitutione cōtinētur: tam  
in cōfessione, quā in eucharistiā di  
cto impedimento cessante, eo facto  
pro prima vice priuentur à portio  
ne refectorij, ubi minime admittā  
tur per mensem: & deinde tantum  
quātū ipse cōplere distulerint quæ  
prius neglexerant: pro secūda ve  
-

rò vice priuentur à vestimento & cal  
ciamētis quæ recepturi erant à di  
cto collegio in sequenti anno: pro  
tertia autē vice expellātur perpe  
tuō ab eodem collegio, & careant  
omni commodo & utilitate quam  
consecuturi erant in eo.

**¶** De conuersatione foemina  
rum euitanda.

**S**via mulier fuit causa pec  
cati, & arma diaboli, & ex  
pulsio paradisi & vas para  
tissimū, quo inimicus generis hu  
mani sāpe decipit incautos: qua  
proper maxima cura & diligēcia  
debent quārī remēdia ad euitan  
dū earum cōuersationē & familia  
ritatē. Ideo prohibemus & vetam⁹,  
stricte atq; exp̄ressē p̄cipim⁹, ne  
aliquæ mulieres, quāuis honestissi  
mē ingrediātur prædictū collegiū  
aliqua causa vel occasione: & si  
quis collegialiū vel aliorū in eo cō  
morantiū introduixerit eas, vel de  
derit occasiōnē introeundi, graui  
ter puniatur à Rectore, hoc exce  
pto, quod si tēpore infirmitatis ali  
cuius mater vel soror eius venisset  
ad vidēdū eum, vel aliqua alia mu  
lier senex nulliq; suspecta vellet si  
bi facere aliquod beneficiū vel me  
dicinā: in tali casu de licencia Re  
ctoris ad hoc exp̄ressē cōcessa, per  
mittimus quod possint ingredi, &  
publicē stare modicū spatiū. Nō ta  
mē permittimus, vt aliqua mulier  
pernoctet in collegio, quanvis ma  
ter siue soror, aut quæcunq; alia  
fuerit multum cōiuncta alicui col  
legialium vel aliorum in prædicto  
collegio commorantium. Quod si  
factū fuerit contrariū vel permis  
sum scienter, vel aliquis cōmiserit  
vitiū carnis in dicto collegio, siue  
fuerit

39

fuerit Rector, siue quicunque alias  
officialis vel collegialis, siue habi-  
ta nō ac ipsius collegij, & participes  
naō ac ipsius, qui scientes celerint ipsū  
casum, & qui consenserint aut cō-  
casatur, saluerint, volumus quod ipso facto  
in addi- s. Cardi incurrat per iurium: & insuper sta-  
nalis. tuimus & ordinamus, quod perdāt  
omne ius & actionem, quam ha-  
bent ad ipsum collegium, & sine  
remissione aliqua vel dilatione ex-  
pellantur ab eo.

¶ De exercitio collegialiū cir-  
ca scientiam.

40



Voniā experimen-  
to didiscim⁹ theo-  
ricam siue exerci-  
tatione esse in ho-  
minibus quasi im-  
perfectā & inchoa-  
tam doctrinam dū  
taxat, eamq; parum prodeesse: nisi  
Caruaj. fructus emittat: ideo nos cupiētes  
ut collegiales prædicti maiorē con-  
sequantur intelligentiam, eorum  
quæ legerint & studuerint: ordi-  
Hic mo- namus, quod omnibus diebus non  
d⁹ exer- lectiis à principio studij usq; ad  
citi⁹ an- dominicā resurrectionis, hora ter-  
tia: à resurrectione verò usque ad  
tiquissi- festum sancti Michaelis mensis Se-  
ma con- ne est prembris, hora prima post meri-  
fuetudi abroga- diem, omnes collegiales conueniāt  
tus, & lo in capitulo præfati collegij, ubi de  
co ei⁹ fit præcepto lectorum ipsis præsentī  
vt à die bus vici saltē Rectore, aliquis scho-  
omniū fectorū, larium in sua facultate proponat  
vsq; ad aliquam quæstionem, quam mode-  
quadra stē atque honestē inter ipsos ordi-  
gesimā nariē disputetur. Si forte ille qui  
in quali proposuerit prædictam quæstionē  
betteria nesciuerit respondere argumento  
4. cui⁹ li bet heb vel argumentis obiectis in contra-  
doma- etiam nom.

riam partem, aliis scholaris cui le-  
ctor qui præsidens fuerit prædicto collegia-  
actui, vel in eius absentia Rector his defe-  
præceperit respondeat, & quantū dat con-  
poterit & sciuerit defendat quæ clusiōes  
itionem proponentis eiusque fun in quib⁹  
gatur vice: & sic discurrendo per magnas  
omnes scholares continue fiat hoc inqub⁹  
exercitium suorum studiorum & dñs Re-  
scientiarum temporibus supradi-  
ctis inter eos. Volumus tamen ut liqui o-  
in huiusmodi occupatione multū mnesde  
conterant tempus, sed facto signo bent ar-  
à præsidēte huius actus, omnes ces gumēra  
sent à prædicta exercitatione. Et si  
forte occasione huius occupatio- fectorio  
nis aliqua inter eos exorta fuerint cū pri-  
scandala, puniantur strictē à præ- mū clau-  
sidente ipso. His autem exercitijs duntur  
admittantur quicunque scholares forecol  
voluerint adesse: exortamus tamē legij.  
omnes collegiales præfati collegij,  
ut quotidie sine interpolatione au-  
diant lectiones ordinarias, quæ in  
memoratis scholis legēdē fuerint,  
quæ ad suam pertineant faculta- Poena  
tem. Qui verò sine legitimo impe- non au-  
dimento defuerit lectioni ipso die dientiū  
in refectorio priuetur à vino, & si  
forte aliquod iustum habuerit im- lectio-  
pedimentum, teneatur illud mani- nes ordi-  
festare Rectori alioquin prædicta  
pœna plectatur. narias.

¶ De his qui nouiter aux-  
rint redditus.



T opera pietatis & vir-  
tutis augeantur & cre-  
scat, sagaciter debēho  
mines exquirere mo-  
dos licitos atque hone-  
stas causas: propterea statuimus &  
ordinamus, quod quicunque in fu-  
turo autoritatē apostolica, vel a-  
lias

## CONSTITUTIONES

lias prout de iure est permisum applicare seu annexare praedicto collegio voluerit prestimonia, seu aliqua beneficia simplicia, seu bona temporalia, ex quorum redditibus proueniant singulis annis ipsi collegio septem millia morapetitorum: in tali casu Rector, qui pro tempore fuerit, assignet unam cameram in dicto collegio, que perpetuo detur scholari descendenti de genere benefactoris. Cuius scholaris nominatio ipso dotatore viuente, sibi pertineat quicquidem scholaris recipiatur, tractetur & reputetur a collegialibus in omnibus sicut quilibet aliorum collegialium a die quo ipsum collegium receperit supradictos redditus & prouentus. Qui collegialis recipiatur & calificetur modo quo supra diximus ceteros collegiales calificari. Et si talis fuerit habens in se qualitates in his constitutionibus positas singulis collegialibus recipiendis conuenientes, nullo modo patiatur repulsam a praedicta admissione. Si vero durante septennio fecerit in prefato collegio aliquid dignum expulsione iuxta tenorem harum constitutionum, & sic fuerit expulsus, vel completo ipso septennio aliis de genere doctatoris se obtulerit habilis & qualificatus, ut dictum est, recipiatur in vita institutoris ad votum & nominacionem eius. Et si forte vacante dicta camera non fuerit aliquis inuenitus de genere institutoris, qualificatus qualitatibus in his constitutionibus contentis, recipiatur alius extraneus, qui sit idoneus, & oret semper dominum pro anima illius qui praedictam cameram doctauit, & pro animabus defunctorum de ge-

re eius. Et quandocunque inuenitus fuerit aliquis de genere doctatoris vel parentelae qualificatus (ut dictum est) cedat ei, qui prius cameram possidebat, reddens Deo gratias, & institutori praedictae cameraz, pro tempore quo ipse eam possestit & proficit in scientia. Prout deat tamen Rector, qui tecum fuerit: quatenus talis collegialis sit de genere instituentis vere & realiter. Si tamen ex illo genere concurrent duo vel plures, qui magis idoneus fuerit inuenitus & habilis, ille admittatur, prout visum fuerit Rectori & lectoribus.

**¶ De hora claudendi collegii,  
& de absentijs collegialium.**



T quia esset inhonestum, & alios ad scandala provocaret, si collegiales vel habitantes in dicto collegio per noctem irent extra ipsum, vel dormirent: ideo ordinamus & statuimus, quod Rector & consiliarij infra quatuor dies post confirmationem in proprijs officijs diligenter attendant & considerent personam aliquam praedicti collegij, fidem, & honestam, cui committant claves memorati collegij, & custodiam ipsius. Quā sic exequatur. Tempore prandij & cœnæ semper fores sint obseratae clavis, & quolibet die hora qua sit signum ad orationem qua virginē deprecamur, in dicto monasterio statim claudantur portæ clavis. Quasquidem claves ianitor ponat in cella Rectoris, & non aperiatur praedicta porta quousque pulsetur capana ad designandā primā missam in praedicto monaste

42

monasterio, qua pulsata statim aperiatur, & eat Rector cū collegia vide ad libus (ut supradictum est) ad p̄fā di. 10. fū tam missam, & usque ad illus tem datoris, p̄ minime aperiatur p̄dicta por & addi. ta: nisi aliqua occurrit necessitas 6. Cardi nalis, de quæ euidens sit eidem Rectori. Si hora verò clausa ianua aliquis collegia clauden lium venerit ad ipsum collegium, di&cape non aperiatur ei, nisi de speciali li riēdicol centia eiusdem Rectoris: & sequē legum. ti die talis collegialis in mensa pœnitentium sedens comedat panem & aquam: præterquam si iultā at De pœ tulerit excusationem, & super hoc na ve deducat aliquid testimonium fa nientis ciens fidem eidem Rectori. Etsi for clausa ia te iterum ecederit in codem erro nua, vi re, tribus diebus faciat, ut dictum de in ad ditio. 19 est, in pane & aqua pœnitentiam. Caruaja Si verò tertio euenerit sibi, idē pri lis. uetur à portione refectorij per an num integrum: & si his pœnitentijs non emendauerit se, expellatur omnino à dicto collegio. Si au dor rem aliquis collegialium, vel alio niērib' rum in dicto collegio commoran extra collegiū dormierit aliqua nocte extra collegium sine licentia Rectoris licentia (quæ non debet dari sine iusta & Recto licita causa) quam arbitrio eiusde ris, vide Rectoris comittimus: super quo in addi. suam cōscientiam oneramus: pro 19. Car uajal. prima vice priuetur à medietate portionis refectorij per annum. Si verò sine licentia Rectoris steterit De egre diērib' absens decem diebus, priuetur à di à colle cto collegio. Si autē minor fuerit gio clau mora priuetur à tota portione re la ianua fectorij per annum. Et si forte ali quis clausa ianua per fenestrā vel alias egressus fuerit à collegio: p̄ter periurium, quod volumus in currisse ipsofacto, priuetur à colle gio, & omnino expellatur ab eo si

ne aliqua remissione. Volumus au vltra no tem, quod si aliquis collegialiū ha uē men buerit manifestam necessitatem, les hic cōcessos qua debeat abire, vel propter sua negotia, siue parētum, vel propin vnum a quorum suorum: possit Rector cū lius mē consiliarijs dare sibi licentiam triū sis, in ad mensum, quam licentiam nō pos ditio. 19 sint alicui dare nisi ter in toto se Caruaj. ptennio. Et si forte aliquando acce duo mē pta dicta licentia vltra tres mēses ses q̄ cō absens steterit à dicto collegio, pri cedūtur uetur ab eo, & non admittatur am infirmis & equin plius. Volumus etiam & ordina decim mus, quod si quis collegialium de dies re præcepto Rectoris & consiliario creatio rum steterit extra collegium ali nis oib' quos menses propter negotia eius cōcessi dem collegij: illud tempus non cō bet āno, putetur ei in suo septennio: sed cō cōputā plemo septennio, stet in p̄fecto col tur ite legio tanto tempore quanto stetit abstērias extra ipsum propter eius negotia: factas, p̄ hac conditione, quod ostendat ab negotijs sentias ipsas factas in utilitatē col tiōe ha legij subscriptas & firmatas manu ius cōsti Rectoris & consiliariorum, quorū tutioris p̄cepto missus fuerat. Et si aliqui & alteri infirmi petierint licentiam absce contēte dendī à collegio causa recuperan in libro dē salutis, concedatur eis duos per aliarum cōstitu duos menses tantum à Rectore & tionū, q consiliarijs: sanis verò ad sui re rapt' est creationem concedatur quolibet à colle gio. Est etiā an tiquissi ma con suetudo & decla ratio pa tronorū facta an no. 1561.

¶ De submissione collegij, & visitatione habitantium in eo.

**F**T quia secundum iuris di spositionem, nihil prodest condere leges, statuta, &

C 5 ordi-

## CONSTITUTIONES

ordinationes, si defuerint sautores, adiutores, & executores: properea ut iste ordinationes & statuta debite obseruentur, tam a Rectoribus & alijs personis, pro tempore in eodem collegio permanetibus, & ut collegiales inhabitan tes in eo: si propter bonum obedientia & virtutis noluerint contenta in his nostris constitutionibus obseruare: saltem timore poenae & executionis abstineant ab illicitis. Statuimus, volumus & ordinamus quatenus predicta domus & collegium & habitantes in eo subijciantur domino Episcopo diocesano Seguntino in omnibus, quæ de iure sibi competunt super subditos in sua diocesi commorantes, & mihi dum vixero: post obitum vero meum subijciantur patronis, quos ego in dispositione ultimæ voluntatis meæ relinquo. Quos omni affectu oro & deprecor in charitate Iesu Christi domini nostri, quatenus singulis annis die sequenti quartam dominicam quadragesima conueniant ipsi, vel duo alii quos ipsi deputauerint, simul cum Archidiacono de Almazâ quituc fuerit, si resederit in ecclesia Seguntina: & hi tres in hebdomada post dominicam in passione vadant ad dictum collegium, & visu et ipsum: & si opus fuerit cum iuramento inquirant a personis dicti collegij veritatem circa vitam, mores, cōversationem, & regimen Rectoris, ac consiliariorum & collegialium, & aliorum omnium in predicto collegio commorantium, & in omnibus in quibus viderint necessariam correctionem & reformationem, habentes Deum ante oculos suos, tam in capite quam in membris, sim

pliciter & de plano sive forma iuriis querant veritatem, corrigant, emendent, & reformatum quod viderint esse castigandum ac correndum. Et si viderint aliquos delinquisse in aliquibus correctione quorum non expectat ad Rectorem & consiliarios secundum has nostras constitutiones: damus illis facultatem liberam, ut possint corrigere, castigare, reformare, punire, & spendere delinquentes, secundum demerita suorum delictorum. A quibus correctionibus, castigationibus, reformatiōnibus, punitionibus, suspensionibus, expulsionibus, à dicto collegio nemo possit a posteriori nul pellare vel reclamare ad aliquem ius est iudicem superiorem in iudicio vel momenti, nec habeant recursum ad aliquid, nec possint ut nec utatur aliqua impetratio, sive literis indulgentiarum, priuilegio, remissione, vel dispensatione, nec alio remedio, quo predictæ correctiones, reformationes, punitiones, depositions, & expulliones à dicto collegio careant suo effectu. Contra quod si quis ex dicto collegio, vel aliquis pro eo a usu temerario aliquid presumperit facere, vel attentare directe vel indirecte, publice sive occulte, ipsofacto incurrit perierium, & expellatur à dicto collegio, in quo nunquam amplius admittatur. Prædictis etiā auctoritatibus subdelegamus ex nunc & concedimus prædictis patronis liberam facultatem, ut possint statuere & ordinate, precipere & reformare, omnia quæ viderint expedire ad utilitatem & laudabile regimen ipsius collegij, ac executionem harum nostrarum constitutionum, cum adiectione poenarum,

rum, atque fulminatione censuratum, sicut & nos auctoritate apostolica fungimur in hac parte: hoc excepto, quod non possint derogare, contradicere, vel mutare has nostras constitutiones & ordinaciones aliquo modo, nobisq; reseruates, correctionem, additionem, declarationem, & aliam quancunque o dinationem necessariam ad has constitutiones & bonam reformationem praedicti collegij. Et si praedicti deputati, visitatores fuerint negligentes, & usque ad dominicā Patroni de Quasimodo, id est, dominicā in non pos octauas paschæ nō peregerint per sunt visi dictam visitationem: ordinamus, tare col quod in illo anno in quo fuerint legiū, ni in his negligentes de cætero no se intro dieb' af mittant in eadem visitatione, sed signatis. Provisor & Vicarij qui praesentes usq; ad in ciuitate Seguntina fuerint succūdīcam cedant eis, & faciant dictam visita de quasi tionem, correctionem, reformatio modo. Vide in nem, atque omnia superius memo frā cōfli rata omnibus annis quibus prædi tu. 46. Eti visitatores fuerint negligentes auctoritate huius nostræ constitutionis.

¶ Contra iniuriosos & inhoneste viuentes.

44



Ed quia multoties in similibus congregatiōnib' cōtingit, quod aliqui scholares, vel aliæ personæ Dei timore postposito & honestate, in magno vilipendio & opprobrio suæ sotientis inter se, vel cum alijs extraneis inhoneste loquendo sibi inuicem faciunt iniurias, & loquantur verba diffamatoria & de tractoria, & aliquando sequuntur

inde vulnera, damna, mutilationes membrorum & mortes, & alijs relictio studio literarum occupātur, & se intromittunt ad cantandum cantilenas & pulsandum cytharas & alia instrumenta secularia: nos vero cupientes non solum damna euitare, verum etiam eorum causas unde possunt dependere similia mala & alia pericula huiusmodi: ordinamus, quod si aliquis collegialium, vel aliorum in praefato collegio commoratium cuiuscunque conditionis fuerit dixerit alii cui praedicti collegij, vel extraneo, aliqua verba iniuriosa, vel detractione in eius praesentia vel absentia, quæ veniant in iniuriam vel famam, aut alijs contra alios armis acceperint, & aliqua eorum quæ supra memorauimus vel similiū fecerint, aut perpetrauerit, tales castigentur & puniantur ad arbitrium Rectoris & consiliariorum vel maioris partis eorum. Et si consiliarij fuerint in suis votis diuersi vel equeales, Rector accipiat secū ambo lectores, qui praedictas legunt cathedras & excessus illorū puniantur, & castigentur secundū arbitrium Rectoris, consiliariorū & praedictorum lectorum, velse cūndum maiorem partem eorum sine aliqua remissione. Et si forte aliquis collegialium dixerit se vidisse vel audisse aliquid ab aliquo quod alicui alteri sit opprobrio vel infamię, & illud non probauerit saltem per unum testem, iste talis delator puniatur tanquam falsus accusator, & tanquam principalis author praedictæ infamię. Prohibemus etiam, ne collegiales, aut alijs habitatores in praedicto collegio utatur cytharis, aut alijs instrumentis

## CONSTITUTIONES

mentis secularibus, verumtamen si voluerint habere monacordium, ut discant ludere in organis, quibus seruimus Deo & ecclesie ornantur in cultu divino: illud tantum possint habere & non alia, cum hac conditione, quod singulis diebus non possint in illo ludo exerceri ultra unam horam: nam aliter esset causa, quod vacando his rebus intermitterent literarum studium. Qui vero alium fecerit, puniatur ad arbitrium Rectoris.

**¶** Qualiter fiat concordia inter discordes.

45

**S**i verò contigerit, quod aliqui memorati collegij inter se habuerint aliquod disidium: ordinamus, quod illi qui hoc viderint vel presentes exteterint, cum omni diligentia & charitate laborent, quantum restituatur inter eos pax & concordia, & fiant amici. Si autem noluerint discordes reddire in concordiam post monitionem Rectoris & consiliariorum, statim teneatur egredi a praefato collegio: & tandem sint extra collegium, quando durabit eorum contumacia. Et si forte aliquis collegialium, vel aliqui durante discordia & inimicitia præbuerit fauore alicui discordantium: ille talis præceptor Rectoris faciat poenitentiam in mensa poenitentium, primò die in pane & aqua: secundò in pane & aqua & vino: testiò vero comedat ea, quæ alijs collegiales comedunt, non tamē bibat vinum. Si autem iterum idem fecerit, imponatur ei poena tentia prædicta in duplo.

¶ Quod nemo ferat arma offensiva, & de punitione delictorum.



Emo collegialiū presumat portare arma maxime offensiva sine spetiali licentia Rectoris, cui ostendat causam iustum cur hoc facere possit. Quod si quis fecerit contrarium, habeat quatuor diebus poenitentiam in refectorio in mensa poenitentium priuatus à vino. Et si aliquis habitantium in praedicto collegio, aliquem percusserit in eodem extra eum aliquibus armis, vel lapide aut fuste, siue dederit ei alapam, vel fecerit aliquid simile, expellatur a collegio sex mensibus: & si percusserit alium quilibet licet non sit de collegio, expellatur per quatuor menses. Quicunq; vero in penam suorum scelerum fuerint expulsi a collegio, nullū emolumen tum habeant extra illud. Et si Rector & consiliarij fuerint negligentes, ut differant ultra tres dies executionem facere poenarum, in his constitutionibus positarum vel aliarum quæ suo relinquuntur arbitrio, ipsi & delinquentes puniantur a patronis vel a visitatori bus tempore visitationis memoriae collegij, iisdem poenis, quibus rei puniendi erant. Et si contigerit quod collegiales, vel alij habitatores collegij se inuicem offendenterint, vel iniuriam intulerint verbis dishonestis & scandalosis, ponat eos Rector in cōpedibus, tot diebus, quot ipse viderit expedire secundum qualitatem eorum excessuum. Et si aliquis supradictorum murmurauerit contra Rectorem, vel detra-

46

## COLLEGII SEGVENTINI.

23

46

detraxerit de eo vel de consiliariis, dicens quod poenitentia vel poena sibi iniucta fuit iniusta, vel immo derata, vel aliquid simile: tunc Rector & consiliarij moti bono zelo correctionis, cum consilio patronorum augcant illis in duplū prædictas poenas & poenitentias. Volumus tamē & permittimus, quod si aliquis sic caligatus & punitus a Rector & consiliariis crediderit sibi fieri iniuriam in huiusmodi punitionibus, quod possit eis ante patronos, vel tempore visitationis conqueri, aut ipsos de Rector & consiliariis de iniuria sibi facta, & administretur eis iustitia. Verū tamen si Rector vel aliquis consiliarius voluerit recedere a dicto collegio, liberum sit conquerentibus, quando voluerint proponere causam suam ante tēpus visitationis contra illos apud patronos, qui cognita veritate dimissa iuris solennitate compellant prædictum Rectorem & consiliarios facere illis condignam satisfactionem secundum cōquitatem.

**¶** Quod collegiales non ingrediantur coquinam, aut cellā pistoriam, aut vinariam, & de hora prandendi aut cœnādi.

47

Rdinamus etiā & statuimus, quod nullus collegialium, vel aliorum in memorato collegio commorantium ingrediantur coquinam, aut cellā vinariam, siue pistoriam, nec in alijs domibus officiorum, sine iusta causa & cum licentia Rectoris, præter officiales ad illa deputatos: qui



verò contrarium fecerint puniantur prout visum fuerit Rectori.

Quia tamen dictum collegium est de hora fundatum in loco frigido, permittimus quod a die omnium sanctorum usque ad diem sanctū paschæ antequam collegiales veniant ad prandium, accendatur ignis in camino aliquo de lignis leuibus & aridis, puta de iuniperō, aut alio similī quo calcant antequā sedeant ad mensam. Idem fiet hora cœnæ diebus, quibus necessarium fuerit arbitrium Rectoris dum tamen ligna ipsa qualibet die non sint majoris quantitatis quam minus iumentum possit portare. Tempus verò quo debent prandere collegiales erit a die diuī Hieronymi, qui est initium ipsius studij, usque ad resurrectionem dominicā, comedant hora vndecima ante meridiem, cœnent octaua hora post meridiem. A resurrectione verò usque in finem Septembris, prandent hora nona ante meridiem, & cœnent toto isto tempore & dominicis diebus quadragesimæ hora quinta post meridiem.

De ecclesia pauperum hospitalis, vide in addi 19. fundatoris.

**¶** De temporibus quibus morbi eueniunt contagiosi.



Ed quia propter nostras scelera, Deo permittente corruptitur & inficitur aer, vnde inter homines sequuntur in plerisque locis, a quibus permissum est fugere, tam per legem diuinam, quam per canonicas institutiones: quapropter si contigerit (quod Deus sua bonitate & misericordia auertat) ut aliqua gaudiis interueniat pestilentia in civitate

48

## CONSTITUTIONES

rate Seguntina, vnde manifeste cognoscerent collegiales imminere, & voluerint deliberata mente à prefato collegio abscedere, hanc ierubunt formam. Primo conuenientibus ipsis in unum deliberabunt de accessu: quo facto, videant si aliqui eorum sponte voluerint remanere maneat cum Christi pace, in custodiam domus. Si tamen omnes dixerint velle abire, in tali casu ne ipsum collegium relinquantur sine custodia, sortiantur inter se omnes collegiales terdecim & Satis est cæteri qui in ipsa domo moratur, remanentes & quatuor quibus sors ipsa sine duo col fraudem contigerit, maneat ad collegiales studiendam domum sub poena in ex addi frascripta. Quicunque vero remanentur, serint in custodia domus, non posse Cardinalis. Sed hac Cūm ceſſauerit pestilentia, solide re vi tent patronos, ut pracepto ipsorum de ultro collegiales reuertantur ad ipsum mā di - collegium, qui patroni considererent spacio dispositionem temporum, & utrum nē in ad aér sit saluber neene: & si viderint di, 33 Ca rauaja. quod iam pestilentia illa ceſſauerit, & quod regressus collegialiū absentium verisimiliter est sine periculo: & quod etiā alij qui hac de causa relicta ciuitate fugerunt iam reuertuntur ad propria, ponant editum in valuis collegij in praesentia notarij publici & testiū cum die, mense, & anno: quo edito vocentur omnes absentes, ut infra sexaginta dies à die affixionis eiusdem editi, veniant ad residendum in dicto collegio. Et sub obligacione omnes veniant infra prædictū tempus, iusta non impediente causa grauis, scilicet, infirmitatis: de quo ipso impedimento, qui taliter fuerint impediti, certiores faciant

prædictos patronos infra memoria tum tempus per authenticam scripturam omni fictione cessante: alioquin rebelles & contumaces huic dispositioni priuentur à collegio, & expellantur, & non admittantur in eo à tempore contumacię & ultra. Et qui sic fuerint absentes à die quo reverſi fuerint ad idem collegium usque ad annum compleatum, nulla alia utantur absentia. Qui vero remanserunt ad custodiendum dictum collegium, à die qua reverſi fuerint ad minus sex collegiales illorum qui fuerant absentes possint petere licentiam ad sui solatium, quæ non denegetur eis, & possint uti ad minus duplicata absentia in illo anno qua iuxta has constitutiones alias debebat uti.

¶ Quod filij diuitū non admittantur in collegio.

**D** Via in alijs similibus dominibus & collegijs continentiam, aliquos filios diuitum fraudulentem iuuisse ad presentatores, dicentes se esse pauperes, vel quod eorum parentes nolunt eis dare necessaria, ut possint se ad studium conferre: exortamus iam dictos decanos & capitulates presentatores, quatenus fiat certiores quorum filij sunt hi qui petunt dictas nominationes & presentatio Qui nānes: & si eorum parentes habuerint bona temporalia, quibus possint commode eos in studio sustentare noluit tales presentare, quia nihil cōſti. 12. aliud facerent quam defraudare pauperes indigentes, ad quorum subventionem hoc fuit fundatum collegium. Si tamen contigerit, quod impor-

importunitate vel aliquo dolo, in dicti presentatores non minauerint personas similes, scilicet, filios diuitum, non recipiantur à Rector & consiliarijs. Et si iam recepti fuerint & postea vere cognoverint patres eorum habere bona quibus eos possint in studio sustentare: habitu consensu patronorum expellantur à dicto collegio. Et si tales (ut diximus) non receperint, vel receptos expulerint, hoc notum faciat presentatoribus, quibus placeat alios nominare scholares pauperes. Et infra duos menses post dictam notificationem factam per authenticam scripturam non praesentaverint aliquam personam sufficiensem: deinde possint Rector & consiliarij recipere alium collegialem extraordinarium, prout dictum est in alia nostra constitutione, quam fecimus de receptionibus & deuotionibus nominationum collegialium ad Rectorem & consiliarios propter negligentiam presentatorum.

**¶** Qui collegiales non lucentur vestuarium.

50

**T**e præcipimus & ordinamus, quod collegiales qui non fuerint recepti in dicto collegio ante diem diuinorum, illo anno non lucentur vestuaria annualia: sed receptus post dictum festum sibi prouideat investimentis donec dies eiusdem festi reddeat, ne dissimilis sit his cum quibus moratur in habitu.

**¶** De veneratione festi diuinorum Blasij.



**V**ia sacra nos monet scrip-  
tura & obligat ut laude-  
mus Deum in sanctis suis,  
ipsa testante & dicente. Laudate  
dominum in sanctis eius: laudatur  
sane atq; magnificatur cœli terræ-  
que dominus & conditor, cum ho-  
nores impensi suis martyribus re-  
feruntur: nec minorem mercedē  
laudator martyris quam Christi  
expectat ipso promittente, cu ait:  
Qui vos recipit, me recipit: & qui  
recipit prophetam in nomine pro-  
phetæ, mercedem accipiet prophæ-  
tae: hac nos spe ducti propter sin-  
gularem deuotionem, qua semper  
venerari sumus diuum Blasij Epi-  
scopum & martyrem: volumus & neratio  
ordinamus, quatenus Rector & co-  
siliarij prædicti collegij in solenni-  
tatem ipsius adsint primis vespe-  
ris quæ cantantur in vigilia ipsius  
in ecclesia maiori huius ciuitatis  
Seguntinge, & in die ipsius adsint  
missæ primæ, quæ cantanda est à  
capellano maiore in dicta ecclesia  
in capella ipsius beatissimi Blasij  
dudum fundata à progenitoribus  
meis, quam alias doctauimus. Vbi  
cum summa deuotione perficit, &  
in dictis primis uesperis unusquis-  
que per se vel bini & bini recite  
vesperas defunctorum cum dua-  
bus orationibus: prima, Deus qui  
inter apostolicos sacerdotes: alte-  
raverò, Deus venie largitor. Sequē-  
ti autem die dicant etiam primum  
nocturnum defunctorū cum laudi-  
bus & prædictis orationibus, pro  
animabus fundatoris & doctatoris  
eiusdem capellæ, & pro animabus  
meorum defunctorum, à quibꝫ re-  
cepi maxima bona, quæ fuerunt  
causa & principium quo prædictū  
facerem collegium & doctarem.  
Quicūq;

## CONSTITUTIONES

Quicunq; verò sine iusta causa neglexerit hāc completere ordinatiōnem, p̄̄ter hoc quod erit trāgredior nostrā cōstitutionis, faciat p̄cnitentiā in refectorio illa die arbitrio Rectoris: cuius conscientiā super obleruantia & executione istius nostrā ordinationis strictē vñeramus. Prouideat autem ipse Rector & curam habeat, vt aliquis collegialium, quæ ipse cognovet & sufficientem in dicca capella eadie tempore missæ primæ, proponat verbum Dei populo, prout Deus concesserit sibi.

¶ De veneratione festiuitatū dñi Hieronymi & dñi Antoni.

52



Fatuimus & ordinamus, vt Rector & consiliarij in festiuitatib⁹ dñi Hieronymi, quæ duę sunt, & in festiuitatibus duabus beatissimi Antonij presbyteri confessoris, ponant in circuitu meę sepulturæ, quę in medio capellæ dicti monasterij consitit, sex cereos, quorum quilibet sit ponderis vnius libræ, qui ardeant ad primas vespertas vniuersitatisque istorum festorum, & in die sequenti ad maiore missā. ET QVI A annuatim in die obitus mei, prior & conuentus prædicti monasterij dicturi sunt vespertas, & vnum nocturnum cum tribus lectionibus defunctorum, & in sequenti die etiam missam pro anima mea: ordinamus, quod prædicti Rector & consiliarij in die prædicti anniuersarij ponant in circuitu monumēti mei quatuor faculas ceras, qua-

rum vnaquaq; sit ponderis quinq; librarum quæ ardeant dum dicentur vespера & nocturnis, & in sequenti die ad missam. Et omnes collegiales teneantur in virtute o- Hęc p̄œ bedientiæ & sub pena p̄stiti iu na periu ramenti ibidem adesse, & recitare rī aufer tur ī ad pro anima mea vespertas defuncto ditione rum & tres lectiones: sequēti verò 22. Cardic septem psalmos cum letania. uajalis. Prouideat etiam Rector, vt in hoc anniversario prædicet aliquis de- Rector & Prior uotus religiosus, siue aliquis colle debent gialium: prout prior & Rector prædicti videlicet esse faciendum. Re- & preuidere de cōtationato & consiliarij, vt videantur grati suis benefactoribus & di re.

Eti collegij, singulis annis inuitent rogando dominos ecclesiæ cathedralis & ciuitatis Seguntinæ, quatenus hoc die anniversarij vellint adesse prædictis vespbris, missæ, & prædicationi, vt vnum ex operib⁹ charitatis compleat. Distribuant que collegiales eodem die pauperibus qui ad dictum collegium voluerint venire ad comedendum vnam mensuram cūcti panis, quæ vulgo dicitur fanega, & quinquaginta marapetinos epuli, & duas mensuras quę linguaveracula dicuntur cantaras vini singulis annis in perpetuum. Et ne in prædicta cera nimium recipiat detrimentum idem collegium, ordinamus vt cera quæ superfluerit diuinis officijs peractis, Rector præcipiat ipsam seruari & renouari ad tempora opportuna & similes futuros dies.

¶ De institutione & ordinatiōne hospitalis, & bulla indulgentiarum, pro his qui in dicto hospitali decesserint.

Christus

53

**C**ristus pauper conuersaturus in mundo pauperem scholam discipulorum elegit, ipseque inspirat mentes hominum ad hospitalia soneda, quibus prouideatur pauperibus & mendicis monens nos & dicens. Sicut msericordes. Et alibi. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Etsi cuncti Christi fideles ad hanc msericordiam exercendam teneantur, magis ac magis clerici teneantur quorum bona pauperi sunt.

**Paupe-** Hac enim consideratione ducti du-  
res ho-  
spitalis  
debēta  
cere o-  
mnia, Deo iuuāte simul cū collegio fieri  
quæ i-  
nissimus & partē inferiorē domus  
plus à re-  
altioris dicti collegij cū suo porti-  
ctore  
fuerint  
impera-  
tr, ex ad  
diti. 23.  
**Carua-** lētes viribus suis vietū & vestitum  
jal, &  
ibidem  
agitur  
de c̄tate  
corūdē  
paupe-  
rum. quærere, qui noti cōuersatione ho-  
nesti & moderati existant in dicto  
hospitali admittātur, ibiq; necessa-  
ria pro victu & vestitu à Rectorē  
& cōsiliarijs ipsius collegij, prout  
eis visum fuerit charitatiē admi-  
nistretur. Vnusq; illorū ad curam  
hospitalis per patronos collegij de-  
putetur, assigneturq; illis omnibus  
vnū ex palatijs in eadē domo exi-  
stētibus cū quatuor lectis per nos  
dimissis & fulcitis secundū formā  
lectulorū ipsorū collegialiū, & his  
cōtentī existant: itaq; abstineant à  
vagatione & circuitu domorū. Hi  
si fecerint aliquid indignum, corri-  
piātur vel expellantur, prout visū  
fuerit patronis, Rectori, & cōsilia-  
rijs. Hęc ergo forma hospitalitatis  
ad minus in eadem domo obserue-

tuis futuris temporibus. Si tamen  
patronis, Rectori & cōsiliarijs p̄c  
dictis secundū temporū qualitates  
& statum ipsius collegij visum fue-  
rit, quod hospitalitas in futurū de-  
beat & possit augmētari, relinquimus  
arbitrio illorū. Monemus ta-  
mē & hortamur in charitate Dei  
priorē & conuentum ipsius mona-  
sterij, patronosq; Rectorē & col-  
legiales supradictos, ne permittāt  
ullo tempore domum p̄dictā si-  
ne hospitalitate manere, sed totis  
viribus & ingenij ut in ea semper  
ad minus hęc hospitalitas vigeat,  
laborēt & procurēt: ne quod deus  
auertat ob carentiā hospitalitatis  
in eadem domo ipsa domus & mo-  
nasterium careant tāto salubri &  
perpetuo priuilegio à sanctissimo  
in Christo patre & domino nostro  
domino Sixto diuina prouidentia  
Papa quarto in salutem animarū  
cōcessio, cuius tenor sequitur & est  
talis.

**Sixtus** Episcopus seruus ser-  
uorum Dei ad perpe-  
tuam rei memoriā. Saluatoris no-  
stri Iesu Christi, qui cunctis fideli-  
bus, tum exēplo, tum etiā salutari  
bus disciplinis operum miserabi-  
lium personarū curam p̄cipuā  
cōmendauit, doctrinā euangelicā  
quantum nobis est imitari gestien-  
tes, ea libenter statuimus: per quę  
cuiusmodi cōditionis personae de-  
āternę felicitatis p̄emijs spem ha-  
bētes eorum paupertatis & mise-  
rię incōmoda studeāt in hac mun-  
divita patientius tollerare. Hęc igi-  
tur cōsideratione inducti, vniuer-  
sis & singulis vtriusq; sexus Christi  
fidelibus personis, quas de cāteio  
perpetuis futuris temporibus in  
quadam domo, quā dilectus filius

D Ioannes

## ADDITIONES FVNDATORIS

Ioannes Luppi de Medina Archidiaconus de Almazā in ecclesia Seguntiā, prope monasteriū sancti Antonij de Porta cæli extra muros Seguntiā ordinis monachorū eremitarum sacerdi Hieronymi pro hospitalitate inibi seruāda cōstrui fecit, ea vigēte, vel in codē monasterio decedere cōtigerit, ut cōfessor idoneus secularis vel cuiusvis ordinis regularis quē quilibet eorum pro se duxerit eligendum: cōfessiōnis cōfessione diligēter audita, pro cōmissis per eos excessibus & peccatis quibuslibet etiā oblitis de quibus corde contriti & ore cōfessi fuerint, vel si nō paterunt cōfiteri signis cōtritionis apparentibus in mortis articulo plenariā absoluitionē impēdere libere & licite valeat authoritate apostolica tenore præsentiū indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostri indulti infringere, vel eiusu temeratio cōtraire. Si quis autem hoc attētare præsumperit, in dignationē omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Dat̄is Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicę millesimo quadragesimo octuagesimo tertio, sexto Kls Octobris, pōtificatus nři anno tercio decimo.

ITEM pro adipiscenda & consequenda indulgentia seu remissione plenaria prædicta: ordinamus & statuimus, quod in alijs duabus cameris in dicto hospitali existēti bus, dicti Rector & collegiales manus teneant mūda octo cubilia per nos ibi donata, quatuor videlicet in una pro viris, in reliqua vero alia quatuor similia pro fœminis, in quibus venientes tantum in arti

culo mortis pro dicta indulgentia consequenda recipiantur.

### ¶ Recomendatio collegij.

**P**ertractis iam & ordinatis omnibus diuina fauente clementia, vltimo humiliter supplico reuerendissimo ac illustrissimo domino meo domino Cardinali Hispaniarum, Archiepiscopo Toletano & Episcopo Seguntino: necnon oro dominos reuerendos episcopos cū dēbita reverētia, ac venerabiles Decanum & capitulum ecclesiæ Seguntinæ, & nobiles ciues eiusdem ciuitatis pro tempore ibidem succedētes, quos omnes exortor & charitatue deprecor: quia potest cōtingere propter variationum temporum, & propter negligentiam vel incuriam eorū, quibus incūbit gubernatio huius domus, ut status ciui patiatur detimentum: quatenus velint ipsum collegium & hospitale defendere, & in necessitatibus statum eorum contra insidias, violentias, & oppressiones fauorabiliter illa habere recomissa, taliter quod suo fauore & adiutorio à bono statu deueniat in meliorē cum augmēto in dei seruitio & vtilitate reipublice. Amen.

### ¶ Forma iuramenti Rectorum & consiliariorum.

**F**ide Go. N. Rector venerabilis collegij pauperū scholarium beatissimi Antonij presbyteri & cōfessoris extra muros Seguntiā. iuro dñi & ad hēc sc̄ta euāgelia, & cū omni fidelitate & potestate, quātū in me erit, institutiones, ordinationes & statuta à pię memoria dño Ioāne archidiacono de

54

55

## COLLEGII SEGVENTINI.

26

54  
de Almazan, primo fundatore & patrono dicti collegij, aliaq; legiti mi ordinanda in eodem collegio inuiolabiliter obseruabo & cæterosciusdē collegij habitatores obseruare faciam, & in examinatione recipiendorum collegialiū fideliter & diligenter me habebo, semperq; in huiusmodi receptionib; statuta per eundē dñm Ioannē Archidiaconū fundatorē obseruare curabo: prædictūq; officiū & administrationē Rectoratus omnibus, odio, amore, prece, atq; fraude depositis fideliter exercebo, & iura, libertates, bona, fructus, & redditus ipsius collegij conseruabo, & pro posse augmētabo redditus & expēs eiusdē ordinarie: atq; fideliter scribā seu per aliū vel alios scribe-re faciā, ac plenā debitā & fidelem de administratione dicti officij co-durāte, & in fine téporis eiusdē ad ministratiōnis ac ante recessum meū, ab eodem collegio secundū statuta prædicta cū affectu, omni frau-de cessante rationē reddā, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia.

¶ Forma iuramenti scholariū recipiendorum.

56      **E** Go. N. pauper scholaris ad camerā ecclesiæ. N. vacatē in hoc venerabili collegio pauperū scholarium beatissimi Antonij presbyteri & confessoris ordinarie nominat<sup>o</sup>, iuro Deū & ad hæc sancta euāgelia, q; vobis dño Rectori & successoribus vestris in eodem collegio fidelis & obediens ero in licitis & honestis: statuta & ordinationes à pię memoriae Ioāne Archidiacono de Almazan eiusdē collegij primo fundatore & patrono, ac alia in eodem collegio

canonicē ordināda obseruabo, officia & administrationes mihi cōmissas acceptabo fideliterq; p me agēda in eisdē officijs exercebo, ac de eisdē administrationibus mihi cōmissis rationes secundū statuta & ordinationes eiusdē collegij omni fraude cessante fideliter reddā, honorēq; & vtilitatē ac bona ipsi procurabo, ita me Deus adiuuet & hæc sancta euangelia.

¶ Forma iuramenti lectorum.

Go. N. lector datus & deputatus ad regendū & gubernandū lectorum cathedralē sacræ theologiæ in scholis venerabilis collegij pauperū schooliarium beatissimi Antonij presbyteri & confessoris, promitto atque iuro ad hæc sancta euangelia, quod in gubernatione & lectura eiusdem cathedralē fideliter consti-tutiones & ordinationes à pię memoriā Ioanne Archidiacono de Almazan eiusdem collegij primo fundatore & patrono editas & in eis contenta, cum omni diligentia obseruabo; vtilitatemq; & honorē eiusdem collegij pro posse procurabo, ac in lectura & gubernatione dictarum constitutionum nō me intromittam, ita me Deus adiuuet & hæc sancta euangelia.

¶ Forma intimationis fiendę Decanis & capitulis super cancriis vacantibus.



Enerabilibus & circū spectis patribus, Decano & capitulo ecclesiæ, N. Rector & consiliarij collegij pauorum schooliarium beatissimi Anto-

57

D 2      nij

58

## CONSTITUTIONES

nij presbyteri & confessoris extra muros ciuitatis Seguñ. à pię memorie dño Ioāne Luppi de Medina Archidiacono de Almazā fundati & instituti, salutē in dño cum omni volūtate nostris parere mandatis. Notū vobis facimus, q̄ secundū statuta dicti collegij, vestra inter est nominare & presentare vnū pauperē scholarem ad camerā di- & tæ vestræ ecclesiæ. N. pertinentē & assignatam quæ quidem came- ra vacat ad præsens habitatore per complementum septennij. f. ultimi possessoris. Quapropter instantissime petimus & rogamus P.V. intra tempus in cōstitutionib⁹ dicti collegij limitatum, & se- cundum formam in eis traditam, personā idoneā nominare & præ- sentare curetis. In quo dispositio- nē eiusdē fundatoris adimplebi- tis, nobisque si de bono cōsilio & fratre prouideritis rē facietis gra- tissimam. Valeant P.V. vt optant.

¶ Forma intimationis cathe- dræ vacantis in collegio.

59



Ouerint vniuersi præ- sentes literas inspectu- ri pariter & audituri, quod in collegio pau- perum scholarū bea- tissimi Antonij presbyteri & con- fessoris extra muros Seguntinæ ca- thedra sacrae theologiæ vel philo- sophiæ vacat ad prælēs: idcirco vo- lētes se opponere ad regimē ipsius cathedræ, intra triginta dies ab inti- matione præsentis affixionis in hu- iusmodi valuis cōputandos, corā Rectore eiusdē collegij personaliter cōpareant ac se opponāt & ad- mittentur, ac secundū formā cōsti- tutionū dicti collegij de lectura & gubernatione ipsius cathedralē pro-

videbitur. In cuius rei testimoniu- has literas notificationis nomini- bus Rectoris ac consiliariorū, & si gillo ciudem collegij subscriptas & muneras, ac subscriptione notarij publici roboratas fieri iussimus. Datis in dicto collegio anno mil- lesimo quadragentisimo.

¶ Sequētes due cōstitutiones trāscriptę fuerūt, & in latinū sermonē versę extestamēto Illustris admodum domini Ioannis Lopez de Medina, collegij Segūtini fundatoris

**V**m inter quasdā nostras collegij per nos quōdam cōstitutiones factas, quæ dā existat, dicens me in hoc meo te stamēto ac etiā postrema voluntate nominaturū patronos dicto col- legio: quāobrem nūc nominamus relinquimus in patronos, tū dicti collegij, tū etiā scholarū, dños De canū & capitulū ecclesiæ Segūtine, qui dignētur annuatim in die sancti Barnabę cū suā ecclesiæ officia- les nūcupauerint nominare, depu- tare patronū suo nomine & loco dicto collegio & scholis, dūmodo sit Decan⁹, vel Archidiacon⁹ Segūtinus, vel Archidiaconus de Alma- zan, vel Archidiacon⁹ de Medina, vel Archidiaconus de Molina, vel Cátor, vel Thesaurarius, vel Scho- lasticus dictę ecclesiæ. Quorū vnu- tatu qui eis placuerit in dicto per maneat officio rāto tēpore quāto dñis capituli visū fuerit. Prēterea simul cū prædictis dominis capi- tuli in patronū, nominamus patrē priorem sancti Antonij ibidē tum temporis residentem, qui duo si- mul animaduertat, prouideantq; in omnibus rebus collegij, quas patro-

patronorū interest & intererit in futurum prouidere. Sed si qua forte fortuna inter prædictos patronos differentia exorta fuerit, aut acciderit & inter se discordes existant, infra octauum diem post Rectoris & consiliariorum requisitionem & monitionem, pro expeditione & determinatione casus contingentis ratione, cuius inter eos dissensio accidit prædicta consentiant, alioquin præteritis statim prædictis octo diebus prædicti patroni in illo negotio amplius non se intromittant pro illa vice duntaxat. Sed Rector & consiliarij consulant de differentia ac dominos Decanum & capitulum sanctæ ecclesiae Toletanae, quorum decretū & determinationem casus contingentis, in quo patroni prædicti dissentierunt facere atque implere Rector & collegiales teneantur, sub hac pena quod ipso facto atque ea causa contumaces & inobedientes à memorato priuentur collegio. Quam nominationem deliberationem à nobis factā, tam apud patronos, quam apud omnia alia in

ipsa contenta in prædicto collegio, velut constitutionem ordinacionemq; obserueri & haberi volumus, & authoritatibus apostoli ca videlicet & ordinaria nobis commissis, ut statuta & ordinationes prædicti collegij faceremus, facimus & statuimus hanc præsentem ordinationem, quam statuimus & præcipimus incorporari & locari in volumine prædictarum constitutionū ratam firmamq; seruari.

¶ De stipendio & salario visitatorum, & mercede patrornorum.



Vm visitatores collegij prædictum visitauerint collegium, personasque & officiales eiusdem collegij, collegiales vnicuique visitatiū duo paria gallinarum redderē teneantur. Ac etiam cū patronis vniuersales rationes vel suppurationes, quas vulgo quentas dicimus, accepterint, dentur vnicuique illorum alia duo paria.

D 3

# A D D I T I O N E S

## Fundatoris.



O ANNES Luppi de Medina in decretis licenciatus, Archidiaconus de Almazan in ecclesia Seguntina, ad infrascripta commissarius specialiter deputatus, charif simis in Christo Rectori, consiliarijs, ac alijs collegiali- bus collegij sancti Antonij extra muros ciuitatis Seguntiñ dudum per nos fundati salutem. Cùm ad varie- tatem temporum debeant mutari statuta humana, & lex debeat conuenire temporibus (etiam Hieronymo testante) non est aliqua lex seu constitutio, etiam si bene ritè sancteque ordinata existat, quæ secundum fragilitatem humanam, temporum animorumque varie- tates non sit aliqua additione, correctione, seu emenda digna: hinc est, quod dudu authoritatibus apostolica pariter & ordinaria nonnullas cō- constitutiones, ad optimè sancteque in eodem collegio cōiuendum & laudabiliter bona ipsius gubernandū edidimus & ordinauimus, ac sub uno codice copilauimus, & vobis obseruandas tradidimus, atq; decre- uimus: post aliqua vero curricula temporū nonnulli uestrū diuersimo de super eis declarandis & alijs addendis sāpe nos consulueris: quorū vota prospiciens petitionibus uestris annuentes, & vt aliqua noxia in- ter vos contingentia sub iuris regula limitētur, subscriptas additiones, suppletiones & declarationes, ad easdē cōstitutiones duximus addēdas & ordinādas. Easq; vobis transmittimus & obseruari sicuti principales cōstitutiones eisdē authoritatib⁹ decernim⁹, iniūgimus, atq; mādamus.

### ¶ Declaratio super collegiali- bus & habitantibus in col- legio.

I N primis, quia sēpe du- bitastis, cū in nōnullis rubricis nostrarum cō- stitutionum nominen- tur, etiā habitantes in collegio, & in dispositione eiusdē constitutionis tantum de collegia libus est facta mentio: utrum com- prehendantur sub illa dispositio- ne omnes alij etiam familiares ha- bitantes in collegio, & ad omnem hesitationem in hac parte tollen- dam, duximus per præsentes de- clarandum: quod ubique in ti-

tulis, seu rubricis constitutionum nominantur habitantes in colle- gio & intra dispositionem consti- tutiones non fuerit facta mentio expressa de familiarib⁹, omnes ha- bitantes in collegio sub illa dispo- sitione comprehēdantur. Et quod idem sit iudicium, si in titulis non sit facta mentio de omnibus vide- licet collegialibus & familiaribus: dūmodo fiat mentio in dispositio- ne constitutionis nominati omnes in cōstitutione sub eius ordinatio- ne volumus comprehendendi.

### ¶ De ferijs & festis obseruan- dis, & de iciunio in vigilia diui Martini.

Cum

## ADDITIONES FUNDATORIS:

28



De fe- Videlicet in diebus sanctorū Lu-  
stis ob- cæ, apostolorum Simonis & Iudeæ,  
seruādis omnium sanctorum, Martini Epi-  
vide ad scopi, cuius vigiliam in pane & a-  
di 8. car dinalis, qua omnes sani habitantes in co-  
& addi. dé collegio ieiunare precepimus,  
24. Cæ ob prærogatiuam sibi à domino  
uajalis. concessam, ut quicunque eius suf-  
fragia ex posceret, maximè in mor-  
bo pestifero si eius vigiliam in pa-  
ne & aqua ieiunaret perfectam sa-  
nitatem valeat impetrare, ut in  
eius legenda. Utinus testatur, san-  
ctæ Catherinæ, sancti Andreæ, Ni-  
colai Episcopi, Conceptionis bea-  
tæ Mariæ, sanctæ Luciæ, sancti Tho-  
mæ, Nativitas domini, Stephani,  
Ioannis euagelistæ, sanctorū Inno-  
centium, Circuncisionis domini,  
Epiphaniæ, Antonij Abbatis, Li-  
beratæ virginis, Fabiani & Seba-  
sti ni, Vincentij martyris, Illepho-  
si, Conversionis sancti Pauli, Puri-  
ficationis sanctæ Mariæ, Blasij Epi-  
scopi & martyris, Mathiæ aposto-  
li, Thomæ doctoris, Gabrielis ar-  
changeli, Annunciationis beatæ  
Mariæ, feriæ quintæ & sextæ &  
sabbati maioris hebdomadæ, Re-  
surrectionis dominicæ cū duobus  
diebus sequentibus, Marci euange-  
listæ, Philippi & Iacobi, Inuentio-  
nis sanctæ Crucis, sancti sacerdo-  
ris Episcopi, Ascensionis domini,  
Sancti Spiritus cū duobus diebus

sequentibus, Corporis Christi, sancti Barnabæ apostoli, sancti Antonii presbyteri & confessoris, Nativitatis sancti Ioannis, apostolorum Petri & Pauli, Triumphi sanctæ Crucis, Mariæ Magdalena, Iacobi apostoli, Vincula sancti Petri, Transfigurationis domini, sancti Laurentij, Assumptionis sanctæ Mariæ, Bartholomœi apostoli, sancti Augustini, Nativitatis sanctæ Mariæ, cum ceteris diebus usque ad Kl's Octobris ratione vacacionibus, vide in addi. 18. Cardinalis.

¶ De horis per lectores legendis.

**P**raterea in constitutio-  
ne de scientijs in scholis  
legendis inter cetera or-  
dinatum existit, quod quilibet le-  
ctorum in sua facultate legat quo-  
tidie per vnam horam, & post le-  
cturam cum scholaribus perma-  
neat conferendo, super his quæ le-  
git per aliam horam, prout in eadē  
constitutione latius cōtinetur: or-  
dinamus quod in his actibus tem-  
pus duarum horarum spendatur.  
Quod per orologium apud Recto-  
rem permanens dicernatur, & ut  
dicta constitutio inuiolabiliter ob-  
seruetur. Contrarium facientes  
ultra id quod mala fide in pericu-  
lo animæ suæ salario percipiunt, si  
remissi fuerint & frequentauerint  
constitutionem prædictam viola-  
re: statuimus, quod per patronos  
multentur lectors mediate pen-  
sionis illorum dierum, in quibus  
constitutionem prædictam non ad  
impleuerint respectu taxæ seu ra-  
tæ dierum totius anni quibus le-  
ge tenentur.

D 4 Quod

## ADDITIONES FVNDATORIS

¶ Quod beneficiati non percipient de fructibus collegio accrescentibus, & de habitatione lectorum.

4



Vm in subsequenti cōstitutione de stipēdio lectorum, ordinauimus quod si certo modō ibidem expresso redditus collegij accreuerint cederet lectoribus certa pars & qualiter inter eos diuidenda: quā cōstitutionem intelligimus & volumus quod habeat locum in casu quo idem lectors nō fuerint beneficiati in ecclesia Seguntina. Si tamen canonice catum & præbendam vnuſquisq; illorū in eadem ecclesia obtinuerit: nullam aliam partem habeat de bonis & redditibus accrescentibus collegio, præterquam viginti millia marapetinorum cui libet ex lectoribus pro salario ordinario supra assignatos, vt in eadem & alijs nostris constitutionibus super hoc editis continetur. In quibus etiam ordinatum extitit, vt ipsi lectors propter utilitatem studentium habitationem habeant prope collegium, & non in ciuitate. Et quia volumus, quod dicta constitutio inconcussa permaneat authoritatib⁹ supradictis: statuimus & ordinamus, quod si aliquis ipsorum lectorum contra cōstitutionem prædictam per mensim etiam interpolatum alicuius anni in ciuitate habitationem duxerit, eo ipso cathedra illius ceseatur vacare, & tanquam de vacante collegiales procedant ad illius provisionem. Si tamen aliqui, seu omnes ipsi lectors fuerint beneficiati in ecclesia Seguntina, à die qua

inceperint residentiam in eadem ecclesia habeant sex menses cum tribus diebus tantum quibus possint in ciuitate habitationem habere & ibidē pernoctare, vt statutum ipsius ecclesiae circa residentiā in ea facienda obseruetur. Ante residentiam verò & post tēpus prefatum sex mensium cū tribus diebus, volumus eis & cuilibet eorum currat tempus dicti mensis.

¶ De substitutionibus cathedralrum vacantium.



T quia in alia nostra constitutione quę disponit qualiter eligantur lectors prouideatur de forma seruāda in prouisione cathedralrum vacantium: tamen quia vacantibus ipsis cathedralis necesse est, vt saltē per substitutos legatur in eisdem, donec lector ordinarius eligatur: ordinamus & statuimus, quod postquam cathedra aliqua in scholis dicti collegij vacauerit de lectura ipsius per modum substitutionis prouideatur, sub hac forma. Infra tres dies veniant coram Rectore & consiliarij; opponentes, quorū vnicuique assignentur due lectio-nes legendæ: & postquam omnes opponentes legerint, si Rector aut consiliarij, vel aliquis illorum nō fuerint opponentes, ipsi rātum, si verò fuerint opponentes, seu alter corum se opposuerit: tunc patroni seu quilibet illorum altero requisito, vt interueniat simul cum Rectore seu consiliarij; se non opponentibus coram notario vota collegialium, rātum mediante iuramento recipiant. Et qui maiorem par-

tem

tem votorum habuerit regat cathedralm, donec prouideatur de ea lectori ordinario, seu perpetuo secundum nostras constitutiones, qui substitutus pro lectura sua recipiat diebus quibus legerit duas ex tribus partibus salarij principalis, secundum ratam totius anni computandas.

¶ De institutione cathedralæ decretorum.

**C**VM iuris doctrina pro regendis & gubernâdis ecclesijs summè necessaria existat, ex qua homines inter cæteras virtutes honeste viuere, alterum non lèdere, ius suum vnicuique tribuere consequuntur: et si scholæ dicti collegij authoritate apostolica fuerunt constructæ ad hoc videlicet ut ibidem scientiæ litterarum, scilicet sacra theologia ius canonicum & philosophia legerentur: prout in erectione ordinaria ipsius collegij in principio nostrarum constitutionum inserita continetur: nos tamen cathedralm decretorum instituere in nostris constitutionibus aliquibus iustis causis interuenientibus prætermisimus. Nunc verò considerantes primuam ipsam institutionem & intentionem, ac quod de novo illustris ac reueredissimus in Christo pater & dominus meus dominus Cardinalis Hispaniæ, modernus Archiepiscopus Toletanus & Episcopus Seguntiñ. cathedralę decretorum in eisdem scholis vniri annexi & incorporari voluit canoniciū & præbendam in sua eccllesia Seguntiñ. primo vacatuos: ideoque in eisdem scholis cathedralm

dram decretorum erigimus & instituimus, ac predictis authoritatibus ordinamus. Itaque docto[r] in decretis, vel cum rigore examinis licenciatus illam regere debeat, qui ex redditibus ex nūc in posterum eidem collegio supercreseen tibus viginti millia marapetinorum pro dote ipsius cathedralę per soluantur, in utilitatem dicti docto[r]is seu licenciati eandem cathedralm pro tempore regenti applicanda & conuertenda, sub formis statutis & ordinationibus pro solutionibus alijs lectoribus faciens per nos editis & ordinatis.

¶ Qualiter lectores decretorum instituantur, & qua hora debeat legere.



Tatuimus etiam & auctoritatibus predictis ordinamus, quod ijdé lectores cathedralę decretorū in eisdē scholis pro tempore regentes instituantur et destituantur secundum formam in nostris constitutionibus super alijs lectoribus traditam, & quod cætera omnia quæ de lectoribus in eisdem constitutionibus & his nostris additionibus ac declarationibus ordinata et statuta inueniuntur ad eosdem lectores decretorum etiam extendantur, quos ex nūc dictis auctoritatibus statutis, ordinationibus, additionibus, declarationibus, ac dispositiōnibus predictis subiçimus & astrinximus. Hi autem lectores cathedralę decretorum regentes, à Kl's Octobris usque ad Resurrectionem domini hora tercia, & à Resurre

## ADDITIONES FUNDATORIS

de hora Resurrectione domini usque ad  
huius le Natiuitatem beatæ Mariæ hora  
et nonis quarta post meridiæ lecturas suas  
murâda vide in ordinarias legant, & alia ad quæ  
addi. 26 obligantur faciant, & adimplere  
Carua- teneantur. Volumus enim quod  
jalis. dies lectiui quibus omnes prædi-  
Nota q cti lectors secundum dispositio-  
mulsta nes harum nostrarum constitutio-  
re perti- num non legerint, & Rector in  
net ad rectore libro scribat, & in fine anni per  
& consi patronos Rectorem & cōfiliarios  
liaric pro rata multentur,  
cum pa-  
tronis.

**G** Quod collegiales nō audiāt  
canones.

8  
De hoc  
in addi.  
et. Car-  
majalis.

**E**t cum nostra intentio &  
voluntas principalis in fū-  
datione & institutione di-  
cti collegij extitit, quod pauperes  
scholares in eodem tantum collo-  
carentur, qui studijs Theologicis &  
philosophiae operam darent cū il-  
la vera scientia dicatur per quam  
Christus inuenitur & noscitur: &  
quia ex ordinatione dictæ cathe-  
dræ decretorum aliqua distractio  
ab intētu & desiderio nostro ipsis  
collegialibus in futurum posset ac-  
cidere: nos volentes suis commo-  
ditatibus prouidere ordinamus &  
statuimus, quod nemo collegialius  
in primis sex annis sui septennij  
audiat canones, nec lectionem de-  
cretorum frequentet. Quod si con-  
trarium fecerit à lectoribus theo-  
logicis seu philosophiæ, vel quolibet  
eorum moniti nō desisterint,  
& post trinam monitionem inu-  
ti fuerint inobedientes & trāgres-  
sores huius nostræ constitutionis,  
perdant collegium, & expellatur  
ab eo. In quolibet tamen septenio

à prima nominatione Rectoris & Prima  
cōfiliariorū in eodem collegio Recto-  
sexta die Decembris anni millesi-  
mi quadringentesimi octuagesi-  
mi quinti per nos facta compuran  
no dñi  
do, qui pro tempore cathedrā de-  
cretorum regerit, consecrationes  
decreti tertium, quartum, & quin-  
tum, libros decretaliū, siue ea quæ  
ex his commode poterit legere te-  
neatur.

**¶** De Iubileō lectoribus con-  
cesso.



stante scriptura di-  
uina, omnium rerum  
conditor septima die  
requieuit ab omni o-  
pere quod patraret, &  
quia omnis eius actio nostra est in  
strūctio: ordinamus & statuimus,  
quod postquam lectors prædicti  
in eisdem scholis personaliter le-  
gerint secundum nostra statuta &  
ordinationes per viginti & quin-  
que annos vtiles, de cætero quie-  
scant à laboribus suis, & eis requie  
personalem concedimus quā lobi  
jeum nominamus, & idem volu-  
mus & eis concedimus, si infirmi-  
tas perpetua quæ eos in totum im-  
pediat, & non sit podraga, vel ei si  
milis alicui illorum superuenierit.  
Itaq; per substitutos idoneos per  
eos nominandos & per patronos,  
Rectorem & consiliarios approba-  
tos de cætero durante eorum vita  
legere valcent.

**¶** Limitatio super missa au-  
dienda & porta collegij  
claudenda.

Cum

## ADDITIONES FUNDATORIS

30

IO



Vm in nostra constitutione sub titulo qualiter collegiales se habebunt circa cultum diuinum collocata cauetur, quod collegiales in monasterio sancti Antonij quotidie missam, quae in aurora sive dici crepusculo celebrari debet audiant: quia saepe continet quod religiosi illam celebrant ante diem & portae collegij hora illa non sunt aperta volumus, quod dicti constitutioni sit per eos satisfactum, cum hora congruenti missa aliam simul vel scorum audierint & cetera in constitutione praedicta ordinata adimpluerint. Similiter enim modo ordinamus & volumus, quod porta collegij claudatur quotidie dum in ecclesia cathedrali in crepusculo ad salutationem beatissimae virginis Mariae campagna pulsabitur, cum ibidem certa hora ordinaria in perpetuum pulsatur: non obstante quod in nostra constitutione, quae sub rubrica quibus horis claudatur collegium ponitur cauetur, quod collegium praedictum claudatur hora qua fit signum in praesato monasterio ad orationem qua virginem deprecamur. Nam in eodem monasterio secundum varietatem temporum variatur hora ipsius salutationis.

¶ De taxationibus alimentorum.

II



Vm in constitutione, quae sub titulo de alimentis collegialium describitur, cautum sit, quod de carnibus aric

tis, seu vacce ponantur in mensa resectorij pro qualibet persona decem & octo unciae pro prandio & cena, & quia valores harum unciarum pro qualitate temporum variatur: ordinamus, adjicimus & declaramus, quod temporibus quibus libra arietis, que in quadraginta & duabus uncias consistit, in civitate Seguntina vendatur pretio decem & trium marapetinorum habeat collegiales & pauperes hospitalis (qui in ultima mensa resectorij de per se collocentur) pro qualibet persona quinque marapetinos cum dimidio. Temporibus vero quibus libra vendatur pretio duodecim marapetinorum, habeat pro qualibet persona quinq; marapetinos. Anno vero illo, quo libra fuerit pretio undecim marapetinorum, habeant pro qualibet quatuor marapetinos cum dimidio. Illo autem anno quo libra vendatur decem marapetinos, habeat qualibet persona quatuor marapetinos cum coronato. Temporibus vero, quibus libra arietis fuerit in pretio nouem marapetinorum, qualibet persona habeat de carnis tres marapetinos, cum quatuor coronatis, & pro respectu habent secundum varietatem valoris arietis: nam omnibus ritibus numeratis taxa praedicta secundum varietatem temporum concordat cum valore decem & octo unciarum pro qualibet. Seruitores vero quotidie habeant de carnis tres marapetinos pro qualibet, & omnes tres unam mensuram quemadmodum vocantur de vi no, sub qua taxa cetera de cibis in eadem constitutione contenta comprehendantur. Nolumus enim quod habitates

Prima  
ecto-  
no.  
ina.  
an.  
dū  
85.

## ADDITIONES FVNDATORIS

habitantes in collegio, seu pauperes hospitalis in communi, vel particulari, ea quæ depurantur ad cibum & potum alibi, præterquam in mensis refectorij tantum ad prandium & cœnā sibi vendicent: alias tanquam bona collegij auferentes iudicentur. Claves verò capsæ in in qua panes cocti reponuntur, & cellæ vinariæ apud unum vel duos collegiales existant.

12

De infirmis,  
vide ad  
diti. 12.  
Cardi-  
nalis

**R**Ufus, cū in eadem constitutione ordinatū existit, quod infirmis administrantur omnia necessaria, intelligimus de cibis, potu, & medicinistatum, dum absque fictione à mensa refectorij fuerint absentes. Cū autem ad mensam communem peruererit equalia omnibus administrantur. Libram verò candelarum in eadem constitutione cuilibet collegialium in hebdomada concessam ad summam decem marapetinorū taxamus. Volumus etiam, quod pauperes hospitalis qualibet nocte unum marapetinum habeant de oleo pro lampade sui dormitorij. Inibemus autem sub pena & peccato furti, ne quis has taxes pro alijs suis particularibus vobis usurpet: sed si aliquid de dictis taxes libi supererit maior domo pro communi utilitate restituat.

¶ De taxationibus vestimentorum.

13

**D**icitur cū in constitutione, quæ sub titulo de vestimentis collegialibus datus ordinatum existat, quod unicuique collegialium annuatim detur una clamys & sic fulvi coloris & cleri-

cale capitium, ac quod annuatim detur unicuique unum par calceorum seu scutarium, & quod à die primi anni introitus uniuscuiusq; habeat andromadæ fortis qui seruat ei per totum septennium: & ne ex predicta generalitate verborum in futurum, aliqui velint vestimentis & alijs rebus predictis pretiosioribus uti, quā deceat contra mentem nostrā dictæ constitutionis: nos volentes indemnati eiusdem collegij in quantum honeste possumus prouidere, & considerantes qualitates & valores rerum predictarum, quibus temporibus nostris satis decenter collegiales vni sunt taxam in rebus predictis duximus assignandam. Ideo que ordinamus, ut mensura, quæ De vulgariter vara vocatur, panni fulcio huius coloris pretio quadraginta & pani vi quinque marapetinorum mensura de iadpanni, pro capitijs pretio nonaginta diti. 10. Cardin. ta, & par calceorum pretio quin- & in adquaginta, & andromadæ pretio diti. 28. trecentorum marapetinorum in Caru- suis valoribus nullatenus exceedat. jalis. Si quis verò ante septenium à collegio recesserit vester, quas illo anno his no acquisierit & andromadæ di- omni- mittat, & pauperibus hospitalis aperientur. Et quia sape in prouincijs atque dominis regnum Ca- stellæ & Legionis variatur mone legalita: ideo secundum moderna tempora, daria valores florenorum de Aragonia turmonia, ac ducatorum, qui mutari non do- duo consueuerunt duximus exprimen millia marapetinos. Florenus enim de Aragonia tinorū, valoris est ducentorum & sexaginta & est iāta & quinque marapetinorum; du- antiqua catus enim valet trecentorum & cōsuetu- septuaginta & quinq; marapetino- rum. Itaque volumus, ut secundum cosdem

## ADDITIONES FUNDATORIS

31

cosdem valores taxationes prædi  
cta debent in perpetuum æstima  
ri & computari.

¶ Limitatio super egressione  
collegialium sine habitu à  
collegio.

14



T quia consequen  
ter in eadem con  
stitutione decreui  
mus, quod colle  
gialesteneātur vti  
habitu ibidem cō  
tentio, quando cun  
que egrediantur extra collegium:

intelligimus verba illa extra colle  
gium, id est, extra portas marmo  
reos, siue extra catenam ferrea in  
pauimento ante collegium positā.  
Per portam autem posteriorē, me  
tas ipsius portarē sine habitu nō ex  
cedant, quam portam clauiger i  
psiis collegij teneatur clausam o  
mni tempore habere: præterquam  
tēporibus, quibus prouisiones ne  
cessariæ per illam portam debeat  
intrare, & tunc ipse personaliter  
ad aperiendum, & in continent  
claudendum accedat: contrarium  
autem facientes, pœnas in eadem  
constitutione contra eos conten  
tas incurvant. Et quia quos timor  
na tolli obedientiæ à vetitis non reuocat,  
tur i ad saltem metus pœnæ eos à sua te  
ditio. II. meritate coerceat, & ut constitu  
tio prædicta in hac parte iniuila  
biliter obseruetur: statuim⁹, quod  
quilibet ex collegialibus, vel in ea  
dem domo commoratibus, qui ex  
tra limites supradictos viderit so  
ciū sine clamyde & capitio excun  
tem, infra diem naturalem tenea  
tur Rectori & consiliarijs vel ali  
cui illorum denunciare. Qui Re  
ctor & consiliarij conuocatis om  
nibus collegialibus per testes (si  
possunt haberi) alias iuramento i  
psiis denunciantis, seu denuncia  
tiū, certiores de excessu prædicto  
effecti, infra tres dies eadem con  
stitutione executioni tradāt: alias  
contrarium facientes sententiam  
excommunicationis ipso facto in  
currant, quam contra inobedien  
tes ex nūc eisdem authoritatibus  
promulgamus.

Hęc pœtas incurvant. Et quia quos timor  
na tolli obedientiæ à vetitis non reuocat,  
tur i ad saltem metus pœnæ eos à sua te  
ditio. II. meritate coerceat, & ut constitu  
tio prædicta in hac parte iniuila  
biliter obseruetur: statuimus, quod  
quilibet ex collegialibus, vel in ea  
dem domo commoratibus, qui ex  
tra limites supradictos viderit so  
ciū sine clamyde & capitio excun  
tem, infra diem naturalem tenea  
tur Rectori & consiliarijs vel ali  
cui illorum denunciare. Qui Re  
ctor & consiliarij conuocatis om  
nibus collegialibus per testes (si  
possunt haberi) alias iuramento i  
psiis denunciantis, seu denuncia  
tiū, certiores de excessu prædicto  
effecti, infra tres dies eadem con  
stitutione executioni tradāt: alias  
contrarium facientes sententiam  
excommunicationis ipso facto in  
currant, quam contra inobedien  
tes ex nūc eisdem authoritatibus  
promulgamus.

¶ Pœna contra occupātes bo  
na collegij.

**R**ectora cūm in constitu  
tione quæ sub titulo de  
forma seruanda in gubernatione  
collegij inter cætera ordi  
natū existit, quod nec Rector seu  
aliquis collegialium possit sub pœ  
na periuri, aliquid de bonis præfa  
ti collegij applicare suis vſib⁹, præ  
terquam ea quæ per easdem consti  
tutiones sibi permittuntur, quia ialis.  
nonnulli volentes sapere plusquā  
oporteat sapere, & quærentes quæ  
sua sunt, & non quæ honestatem  
& utilitatem communem & ipsius  
collegij concernunt, dispositioni  
bus nostrarum constitutionum ab  
utentes, verumq̄ue intellectum ea  
rum ad particularem utilitatem  
retorquent eorum ambitionibus  
obviando: statuimus, adjicimus, &  
ordinamus, quod quisque ex col  
legialibus seu in collegio commo  
ratibus bona mobilia vel immobi  
lia, etiam virtualia in cōmuni vel  
particulariter, publice vel occul  
te, directe vel indirecte, quoq̄uis  
quæsito colore, pro vſibus suis vel  
alienis occupauerit, vel illis vſus  
fuerit, præterquam ex permisso  
ne

nc

## ADDITIONES FVNDATORIS

ne constitutionum, & harū nostrā  
rum additionū, & declarationū sen-  
tentiam excommunicationis ipso  
facto incurant, à qua sine restitu-  
tione nequeant absolui.

¶ Contra retinentes aliquos  
ad pernoctandum in Colle-  
gio.

16



Vm in vna nostrarum  
constitutionum sub ti-  
tulo de conuiuijs non  
faciendis caueatur, q  
nemo aliquem extra-  
neum à dicto collegio possit inui-  
tare ad prandium vel ad cœnam,  
præterquā cestas personas & sub-  
test ali-  
formā ibidem expressa & quod ad  
quis per  
pernoctandum in eodem collegio  
noctare nullum retineant, & quia dicta cō  
in colle  
stitutio pluribus respectibus pro  
gio, ex  
vtilitate & quiete collegialū vt  
lis & saluberrima iudicatur, poenis  
congruentis deliberauimus illam  
facere obseruari: ideo ordinamus;  
quòd contra facientes per mēsem  
à portione refectorij multentur.

¶ De pecunijs in archiuis re-  
ponendis, & salario nuntio-  
rum, & de nominatione eo-  
rum qui ad negotia collegij  
sunt mittendi, & electione  
thesaurarij.

17

E T quia in subsequenti consti-  
tutione sub titulo de custodia  
bonorum cauetur, quòd incamera  
Rectoris ponatur arca magna, &c.  
Volumus quod pro ista arca intel-  
ligatur capsa lapidea (quæ archiui  
nuncupantur) à nobis in capitulo  
constructa, vbi cætera quæ in ea-  
dem constitutione continetur de-

arca executioni tradantur. Et quia  
subsequenter cauetur, quod pecu-  
niæ reponātur in eadem capsa seu Electio  
archiuis: ordinamus atque statui-  
mus, vt annuatim Rector & consi-  
rarij de  
filiarij ceterique collegiales in die bet fie-  
sancti Michaclis mensis Septēbris sicuti An-  
tra tonij ex  
eligant vnam idoneam personam addi. 31.  
perscrutiniū cedularum, qui ad Caruaja  
recipiēdas pecunias reputetur ido-  
neus, & hic à debitoribus & alijs  
personis pecunias recipere tene-  
tūr, quas infra diem naturalē pro  
posse in dictis archiuis coram Re-  
ctor & consiliariis reponat, alias  
suo periculo retineat. Et si per tres  
dies ille sine causa & licentia Re-  
ctoris & consiliariorum retine-  
rit & in archiuis non reposuerit, ve-  
stuario futuro priuetur, & demum  
compellatur ad arbitriū Rectoris  
& consiliariū ibidem pecunias  
reponere. De quib[us] pecunijs ipse  
qui sic eas receperit, nec tenentes  
claves archiui disponant, nisi per  
cedulas roboratas manibus Recto-  
ris & consiliariorum. Processus  
verò & alias diligentias super re-  
cuperatione bonorum reddituum  
& prouentuum & pecuniarū dicti  
collegij, maiordomus expensis col-  
legij facere teneatur. Et si ipse ma-  
iordomus, siue aliqua alia persona  
de collegio ad recuperandas pecu-  
nias seu hæreditates visitandas at-  
que procurandas, seu ad alia nego-  
tiavitilitatem ipsius collegij concer-  
nitia mittatur extra collegium, 31. Car-  
si eques viginti & quinque, si verò uajalit  
pedes iucrit quindecim habeat ma-  
rapetinos in quolibet die, pro eorū  
& equitatū spensis. Caueant ta-  
men similes personæ ne sub vela-  
mēto vtilitatis & negotiorum col-  
legij

legij ad alias partes seu loca diuer-  
sa provoluntatibus suis se transfe-  
rant, diuertant, seu declinēt: sed re-  
cta via ad loca vbi mittuntur va-  
dant, & reddeant ad ipsum colle-  
gium, alias itineratio illa pro nego-  
tiis collegij in aliquo non reputa-  
tur, sed expēsæ factæ collegio red-  
dantur, & mora dierum ibidem fa-  
cta in suo septennio computetur.

**Ad Re-**  
**ctorē &** Absentia verò omnium collegia  
cōsilia- lium & commorantium in colle-  
gios per gio, seu hospitali, volumus quod in  
tinet e libro exp̄satum quotidianarum  
lectio per dispensatorem scribantur &  
eorum, qui ad specificentur: contrarium facien-  
negotia tes rei furti reputetur. Ad arbitriū  
collegij verò Rectoris & consiliariorū ex-  
sūt mit- pectet nominare & deputare perso-  
tendi. nas quæ vadant extra collegiū ad  
negotia collegij exercenda ad quæ  
negotia nominati teneantur impe-  
dimento infirmitatis cessante ire:  
alioquin contemnentes & rebelles  
compellantur per subtractionem  
portionis durante sua contumacia  
& alias prout visum fuerit Recto-  
ri & consiliarijs.

**¶ Nominantur patroni post**  
**mortem fundatoris.**

18



Vm in certa nostra cō-  
stitutione (quæ sub ti-  
tulo de submissione  
collegij ordinatur) vo-  
luimus, quod domus  
collegij & habitantes in eo subij-  
ciantur episcopo Seguntiñ. & no-  
bis, & post obitum nostrum, patro-  
nis, quos in dispositione ultimæ  
voluntatis nostræ relinquimus &  
nominamus: nunc volentes ambi-  
guitatem illam declarare, ordina-  
mus, decernimus pariter & statui-

mus, quod postquam dies vita-  
vitæ nostra superuenient, patro-  
ni dicti collegij venerabiles patres &  
domini Decanus & capituli eccle-  
siæ Seguntiæ, ac denotus religio-  
sus prior dicti monasterij sancti An-  
tonij pro tempore ibidem residē-  
tes existant: quos ex nūc, prout ex  
tunc patronos eiusdē collegij no-  
minamus, instituimus, ordinamus  
& relinquimus. Itaq; illis, seu vices  
eorum tenentibus & cōmissarijs  
pertineat in eodem collegio, que  
quid de iure secundum cōstitutio-  
nes prædictas & has nostras addi-  
tiones & declarationes, & alias quo-  
uismodo quibusvis patronis in si-  
milibus & alijs locis relictis & insti-  
tutis pertinere potest, & poterit in  
futurum.

**¶ Declaratio super temporis**  
**bus quibus pauperes de-**  
**bent facere cœ-**  
**nam.**



T quia in constitu-  
tione qua cauetur  
quod Collegiales  
non ingrediantur  
coquinam & cæte-  
ra: ordinauimus,  
quod collegiales à

die diui Hieronymi usque ad re-  
surrectionem dominicam, come-  
dant horam undecima ante meridię,  
& cœnent octauam hora post meri-  
diem. Declaramus & ordinamus,  
quod pauperes hospitalis à die san-  
cti Hieronymi prædicto usque ad  
diem resurrectionis domini, non  
teneantur horam octauam prædi-  
cam pro cœna exspectare: sed an-  
tequam valuæ seu portæ collegij  
claudan-

## ADDITIONES FUNDATORIS.

claudantur administrantur eis in corum mensa refectorij, ea quæ alias cum collegialibus ad cœnâ recepturi erant. Itaque cœna facta ante clausuram valuarum collegij, excent à collegio & collocentur in suo hospitali, mensam verò rum est prædictam pauperum pro collegialibus pœnitentiam secundum ta ad pç nostra statuta agentibus deputatitèia mus.  
Mensa pauperum est prædictam pauperum pro collegialibus pœnitentiam secundum ta ad pç nostra statuta agentibus deputatitèia mus.  
collegia lum.

**¶ Additio super vestuarijs luctuandis.**

20



Nvna nostrarum constitutionum sub titulo, qui collegiales non lucratur vestuarium collocata cauetur, q̄ qui in dicto collegio ante diem dñi Hieronymi non fuerint recepti non lucentur vestuarium: cuius dispositio in totum volumus extē datur ad omnes collegiales, qui illa festiuitate missæ maiori, q̄e in dicto monasterio celebratur non intererunt, & pro suis particularibus negotijs absentes ab eodē collegio inueniantur, præterquam si manifesta infirmitas illos occupaverit, ne illa die præsentes existāt.

**¶ Declaratio super numero familiarium.**

21



vide ad diti. 16. Cardinalis, & addi. 37 Caruaja lis. Via in diuersis constitutionibus nostris, de familiaribus & personis commorantibus in collegio s̄æpe facta est mentio: ordinamus, quod collegiales dicti collegij tribus familiaribus seu personis ultra numerum collegialium & pauperum hospitabilius

talis sint contenti, videlicet maior domo, dispensatore, & coquo.

**¶ Cōmissio absolutionis censoriarum & periuriorum.**



T quia in diuersis cōstitutionibus & his nostris additionibus & declarationibus, personis periurij & censura rum inobedientes & rebelles astrin guntur ac puniuntur, volentes lapibus humanis subuenire autho ritatibus prædictis relaxations & absolutiones periuriorum & censoriarum prædictarum priori, ac in eius absentia vicario monasterij sancti Antonij cōmittimus in futurum.

**¶ De dubijs contingentibus dirimendis.**

22

E T quia s̄æpe contingit ex similibus ordinationibus & in tali bus congregationibus, nōnulli volentes plus sapere quā oportet dubia & nouas interpretationes fingūt, q̄e à tramite veritatis deuie existunt: ordinamus quod quando cunque super constitutionibus nostris, & his supradictis expositionibus aliqua dubia euenerint inter collegiales, seu alias personas ad nos in vita nostra, & postea ad eosdem patronos recurrat super eisdem dubijs dirimendis & absoluēdis. Si tamen idem patroni diuersa senserint, itaque non possint concordari, ad reverendum patrem Priorem generalem ordinis sancti Hieronymi habeant recursum: cuius iudicio arbitrio & mandatis omnes parere in his teneantur. Cui autho-

23

In  
bijs  
dur  
cōf  
tio  
col  
diu  
the  
me  
m  
te

22  
authoritatibus prædictis & per maxime Apostolica ad compellendū rebelles ac inobedientes, ut eius declarationes & mandata super his teneant & obseruent per censurā ecclesiasticam, & alias prout sibi visum fuerit comittimus vices nostras.

¶ De ambiguitatibus in receptione collegialium superuenientibus declarandis.

24 **C**VM non solum negotia sint magis, quā ordinaciones & statuta, sed etiā magis quā vocabula, ac tot humana natura noua litigia generet: vt nisi conatus eius aliqua regula deprimeret scandalū sēpe exinde oriretur, & si cuncte res difficiles & contingentes nō possint explicari sermone, tamen in quantum possumus dubijs & ambiguitatibus que inter collegiales oriri possent viā præcludere desiderantes: ordinamus & statuimus, quod si aliquę bijs stan ambiguitates in futurum post ultimum est mūm diem vitæ nostræ inter collegiales emergerint, circa qualitates & conditiones collegialium re collegij cipiendo rūntantum, de quibus in tholo- nostris constitutionibus nō caue- mē Sal tur, & per eas talia dubia non dirimantur, habent recursum ad or-

In du-  
bijs stan ambiguitates in futurum post ultimum est mūm diem vitæ nostræ inter col-  
legiales emergerint, circa qualita-  
tēs & conditiones collegialium re  
collegij cipiendo rūntantum, de quibus in  
tholo- nostris constitutionibus nō caue-  
mē Sal tur, & per eas talia dubia non diri-  
mantur, habent recursum ad or-  
censi.

dinationes, statuta seu cōsuetudines obseruatas in collegio Salman ticensi à bonae memorie domino Didaco de Anaya Archiepiscopo Hispalensi instituto, secundū quas eadem ambiguitates tollantur & decidātur, quas ordinationes & cōsuetudines in hac parte per Rectorem & consiliarios & collegiales nostri collegij volumus obseruari sub pœna periurij, quam ipso facto inobedientes ac rebelles incurvant.

¶ De executoribus constitutiōnū.

25 **E**xecutores verò omnium nostrarum constitutionū, additionum & declaratiōnum Rectorem & consiliarios in eodem collegio pro tempore existentes deputamus, quorum conscientias super hoc etiam nemine denunciante seu reclamante stricte oneramus. Propter hoc tamē in correptionibus, cognitionibus, executionibus, ac alijs facultatiōibus patronis in rebus omnibus ipsum collegium & personas ibidē commorantes tangentibus secundū dispositionem nostrarū constitutionū cōcessis, & alias quo usimodo sibi pertinētibus: nolumus ipsis patronis præiudicium generari.

**E** Addi-

# ADDITIONES CARDINALIS ADDITIONES

AD PRAEDICTAS CONSTITUTIONES

Collegij Seguntini, editæ ab Illustrissimo D. D. Pe-  
tro de Mendoza Archiepiscopo Toletano & Epi-  
scopo Seguntino. Ex commissione Inno-  
centij Papæ. VIII. Anno Domini

1489.



ETRVS DE MENDOZA MISERA-  
tione diuina, tituli sanctæ Crucis in Hierusalē, sacrosan-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter, Cardinalis Hispaniæ,  
ac sanctæ Tolteranæ Ecclesiæ Archiepiscopus, Hispani-  
iarum Primas, & regnorum Castellæ maior Cancel-  
larius, Episcopus Seguntinus, &c. Venerabilibus viris  
Rectori & consiliarijs collegialibus sancti Antonij apud ciuitatem no-  
strā Seguntiñ. necnō Patronis dicti Collegij, & magistris, doctoribus ca-  
thedras dicti Collegij regéribus, omnibusq; alijs & singulis præsentibus  
& futuris, quorū interest, aut interesse poterit quomodolibet in futurū,  
salutē & benedictionē. Nuper sanctissim⁹ in Christo pater & dñs noster  
Innocēti⁹, diuina prouidētia Papa. viii. supplicationibus capituli dictæ  
nostra Ecclesiæ Seguntiñ. necnon Rectoris & collegialium, inclinatus  
suas nobis Apostolicas literas sub bulla plumbæ in forma gratioſa di-  
rexit: quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorū Dei, dilecto filio Pe-  
tro tituli sanctæ Crucis in Hierusalē, presbytero Cardinali, salutem &  
Apostolicā benedictionē. Ex iniuncto nobis desuper Apostolicæ serui-  
tutis officio votis singulorū: prout possumus libenter annuimus, sed illa  
potissimum quum à nobis petitur ad exauditionis gratiā admittimus, per  
quæ volentibus in scientia proficere cōmoditatibus cōsulatur, & paupe-  
ribus opportuna subuētionis auxilia cōmodius ministrentur ordinatio-  
nes desuper editas quandoq; prout expedire cōspicim⁹, in melius cōmu-  
rando. Exhibita siquidē nobis nuper pro parte dilectorū filiorū Decani  
& capituli Ecclesiæ Seguntiñ. petitio cōtinebat, quod alias postquam quō-  
dam Ioannes Luppi de Medina Archidiaconus de Almazā, in dicta Ec-  
clesia dum inhumanis ageret, pia deuotione ductus, quoddam monaste-  
riū ordinis monachorū eremitarū sancti Hieronymi extra muros Segu-  
tiñ. de licēta sedis Apostolicæ erigi fecerat, & de eius bonis proprijs do-  
tauerat, ac inter cætera fructus duorū canonicatuū & totidē prēbēdarū,  
& vnius integrę portionis ecclesiæ prædictæ, tūc per resignationē ipsi⁹  
Ioānis vacates dicto monasterio pro tribus, duo videlicet qui in theolo-  
gia, & alio qui in decretis, & alio qui in philosophia, iuxta quādā cōuen-  
tionē inter eum & priorē generalē dicti ordinis tūc initā in scholis prope-  
dictū monasteriū existētibus legerēt initi fucrāt, Dictus Ioānes etiā vnū  
collegium

collegiū scholariū extra eosdē muros pro scholaribus, qui theologie & philosophiae facultatibus huiusmodi operā darent, de proprijs bonis de sedis prædictar & ordinarij loci licetia, ac etiā vnū hospitale, in quo qua tuor habitarent, & in quibus ipsi scholares necessaria ministraret iuxta domum eiusdē collegij fundavit. Et instituit & in ipso collegio vnum Rectorem & duodecim scholarēs, tūc collocauit ac voluit & ordinauit, quod Decanus pro tempore existens & capitulū ac prior dicti monasterij collegij, hospitalis verò prædictorum scholarēs præfati patroni esset, necnō quasdam ordinationes sive cōstitutiones & statuta pro directione eiusdē collegij fecit & edidit, prout in quibusdā literis & instrumētis publicis desuper respectiue confessis dicitur plenius contineri. Quam autem, sicut eadem petitio subiungebat domus eiusdē collegij ruinam minetur, & à ciuitate Seguntiū pervnum millare, vel circa remota, ac in uno colle aspero sita, viaq; qua ad ipsam domum itur aspera & difficilis existat, & vnum flumen inter medium ciuitatem & domū prædictas diuidat: propterea necessaria ad vitę sustentationem in dicta domo nisi caro pretio haberi nequeunt, nec etiā reperiuntur familiares, qui inibi si ne magna impensa seruire velint, scholarēsq; dictæ domus propter frigiditatem & humiditatem dictæ domus inibi manere nolunt, & saepe numero in graues infirmitates incidunt, & im presentiarum quinque duntaxat, qui etiam propter præmissa inde recedere intendunt commorātur, in ipso etiam monasterio non degunt tot religiosi, quot ex ordinatione facta per dictum Ioannem Archidiaconum deberent: verum sicut eadē petitio continebat, si tam collegiū quā hospitale prædicta ad aliqua loca cōdecentia & honesta, ac alias conuenientia ciuitatis prædictæ transferū rug, ex hoc profecto spes esset, quod scholarēs vsq; ad numerū per dictū fundatorē ordinatum in ipso collegio cōtinue essent, possentq; etiā canonici, beneficiati, ac alij clerici & laici ciuitatis prædictæ & Seguntiū. diecessis addiscere volētes. facilius & cōmodi literarū studijs intēdere, & ipsi scholarēs eisdē pauperibus in dicto hospitali pro tempore degenti bus necessaria cōmodius ministrare, quod etiā ad dictę ciuitatis decorē, & illius populi cōsolutionē non modicū cederet. Quare pro partē De cani & capituli, quā Rectoris & scholariū prædictorū afferentiū, quasdā cōstitutiones dicti collegij nimis graues & rigorosas existere, nobis fuit humiliiter supplicatum, vt collegium cum illius omnibus bonis mobilibus & immobilibus, ac hospitale prædicta, ad aliqua loca dictæ ciuitatis conuenientia & honesta transferre, ac cōstitutiones prædictas corrigerē, mutare, & emendare, aliasq; in præmissis opportuno providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui illorum votis per quę singuli inscientia proficere, ac pauperibus cōmodius necessaria ministrari valent, libenter annuimus, de præmissis certam notitiā non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati circūspictioni tuę, de qua in his & alijs spiritualē in dño fiduciā obtinem⁹, per Apostolica scripta mā damus, quatenus de præmissis omnibus & singulis ac eotū circumstātijs vniuersis autoritate nostra te diligēter informes: & si per informa

## ADDITIONES CARDINALIS.

tionē huiusmodi de p̄emissis tibi legitime constitit, collegium ac hospitiale prædicta cū omnibus corū rebus vr̄tē libus ac bonis mobilib⁹ & immobilib⁹ corumq; redditibus, ad aliqua loca cōuenientia & honesta di-  
cte ciuitatis, prout tibi videbitur auctoritate nostra trāsferas, ac omnia & singula dicti antiqui collegij bona mobilia & immobilia eidē loco ad quē ipsum collegium transferes perpetuo applies, appropries, & assignes, eidemq; collegio sic trāslato & illius personis, pro tempore quod omnibus & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, exēptionibus, & indulxit gaudeant & vtantur, quibus ante trāslationem huiusmodi gaudebant, potiebātur seu vii poterant eadē auctoritate cōcedas, prædictasq; cōstitutiones per dictū Ioannē Luppi editas, si eas nimis rigorosas inuenieris, eadem auctoritate corrigas, mutas, & emendas, & alias nouas facias, cōdas, & ordines, prout tibi pro collegij & illius scholariū prædictorum conseruatione magis videbitur expedire. Super quibus omnibus tibi plenā & liberam facultatē concedimus, per præsentes, nō obstatibus p̄emissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec nō monasterij & collegij prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ac dicti fundatoris voluntate & ordinatione prædictis, quibus illis in suo labore permansuris hac vice dūntaxat derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadragesimo octuagesimo nono, pridie K̄s Maij, Pontificatus nostri anno quinto.

¶ Q V I B V S quidem literis Apostolicis pro parte Rectoris & collegialium dicti collegij nobis præsentatis, & per nos qua decuit reverentia receperis, pro parte eorum debita cum instantia requisiti fuimus, ut ad constitutiones dicti collegij antea editas, corrigendas, reformatas, addendas, seu declarandas & emendas, & ad alias de novo edendas, seu ordinandas: & prout nobis per dictas literas Apostolicas per dictum sanctissimū dominum nostrū Papā mandabatur & iniungebatur, iuxta eārum formam, vim & continentiam procedere aliasque in p̄emissis collegio Rectori & collegialibus debite propicere dignaremur.

¶ N O S igitur Petrus Cardinalis, cōmissarius præfatus, attentes petitionem & supplicationem huiusmodi fore iustam & rationi consonā, constitutiones & antiqua statuta dicti collegij: in nostro consilio adhuc, nonnullis viris literatis legi videri & examinari fecimus & mandauimus, & quia tam nostro quām dictorum virorum iudicio nonnullæ dictarum constitutionum attenta qualitate rerum & temporum mutantæ, aliæ corrigendæ & emendandæ, aliæ verò in totum tollendæ, aliæ de novo edendæ visæ sunt: auctoritate igitur Apostolica nobis cōmissa, & qua fungimur in hac parte, cōstitutiones & statuta infrascripta per vos omnes & singulos, præsentes & futuros in perpetuum tenenda & obseruanda edere & promulgare statuimus, prout tenore præsentium prædicta auctoritate edimus & promulgamus huiusmodi sub te-

noce.

- I** T primō in statutis dicti fundatoris dispositū, quod Rector & cōsiliarij & cæteri officiales per bienniū eligi possint, & quia ex occupatione dictorum officiorum collegiales nimis à studio literatū distrahitur: statuimus, quod Rector & cōsiliarij cæterique officiales dicti collegij annuatim elegantur, cōstitutione de biennio non obstante.
- 2** Itē circa cōstitutionē de alimētis collegialiū, statuimus, quod collegiales ut sufficientem habeant respectū de bonis dicti collegij, quo liber anno emere possint quatuor porcos vltra portionē carniū prædicta cōstitutione fūdatoris taxatā
- 3** Item quoad cōstitutionē de vestimentis collegialiū, ordinamus propter munditiā in prædictis vestib⁹ portādis, quod collegiales dicti collegij possint deferre clamydes aperitas in parte anteriori per tres digitos dūntaxat: dū tamē eas clavas cum fibulis semper deferant cōstitutione prædicta de portādis clamydib⁹, omnino clausis in hac parte non obstante.
- 4** Itē ut consulatur magno ac pene intolerabili labore magistrorū, cōmantine legētiū, & ut cōmodius & studiosius legere possint: statuimus & ordinam⁹, quod cathedralici disti-  
Carua-  
tio. 32. collegij legāt per seipso quolibet  
jalis p̄ci anno per nouem mēses integrōs:  
p̄itū q̄ reliquū vētō tēpus lecturę in cōsti-  
nō cel-  
tutione de absentia lectorū signa-  
sent fe-  
tia. 5. tum, possint legere per substitutū,  
& quod ea hebdomada qua nō sue-  
rit festum, die Louis cessent à lectu-  
ra si voluerint.
- 5** Itē circa statutum de cōuersatione fœminarum: statuimus, q̄ p̄ea-  
na dicti statuti de periurio & pri-

uatione collegij, quoad scientes tā-  
tum & non manifestates omnino tollatur, prout eam tollimus & cas-  
sumus in reliquis vero in suo robo-  
re permanſura, quum cōtra officiū  
charitatis seu cōtra formā euāgeli  
cæ denūciatiōnis esse videatur.

¶ Itē circa statutū de hora claudē-  
di collegiū, declaram⁹, quod hora  
quæ in alia cōstitutione assignat, iuxta pulsationē campanæ primæ  
missæ aurorę in aperiēdo, & saluta-  
tione virginis Mariæ in claudēdo,  
intelligatur in aurora, quoad aper-  
tionem, & paulo ante noctis crepu-  
sculum quoad clausuram.

¶ Itē circa statutū de tēpore pe-  
stis, propter paucitatē collegialiū  
statuimus, quod tempore pestis re-  
maneant duo collegiales, qui pro  
toto tempore quo sic remanserint  
habeant portionem duplīcēm, &  
cæteri absentes nihil de collegio  
percipiāt, nisi pro negotijs colle-  
giū iuerint, non obstante constitu-  
tione quæ disponit, quod reman-  
eant quatuor de collegio, quoad  
hanc clausulam dūntaxat, in cæte-  
ris in suo robore permancat.

¶ Itē statuimus, quod in ferijs ob-  
seruādis addatur festū expectatio-  
nis virginis Mariæ in mense De-  
cembris.

¶ Itē statuimus, ordinam⁹, quod in  
die nativitatis Dñi, resurrectionis, Deantā,  
& Pētecostes & carnis priuij, fiat  
additio vltra portiones cōmunes  
secundū arbitriū Rectoris ratione  
solennitatis dictorum festorum.

¶ Itē, quia in cōstitutione de taxa-  
tionibus vestimentorū pretiū pā-  
ni est adeo paucū, quod panni pro  
clamydibus vix reperiebātur, me-  
ritō statuimus, quod vlna seu men-  
sura panni pro clamydibus colle-

## ADDITIONES CARDINALIS.

gialiū sit pretio octoaginta marape  
tinoū, volentes insuper quod si  
quis ante septēnium post felū san-  
cti Michaelis à collegio dilectus erit  
habeat clamydē & caputū illius  
anni, & secū polsū portare, cōsti-  
tutionibus in contrarium editis in  
hac parte non obstantibus.

**11** Q[uod]tē ordinamus, quod exeentes à  
collegio sine clamyde & caputio  
tota portione per mensem integrū  
priuentur, videntes & non denun-  
tiantes pari pœna puniantur, con-  
stitutione luper egressu collegiū  
sine habitu qua cauetur duriori  
pœna puniendos in hac parte non  
obstante.

**12** Item, vt cōsulatur paupertati di-  
de familiātōrum collegialiū maxime erga  
lia bus infirmos ad statutum, quo disponi-  
firms, tur in cōstitutione de taxatione a-  
vide ad limentoū, quod infirmis dētū ne  
dit. 35. cessaria: statuimus seu declaram⁹,  
Carua- quod nomine necessariorū intel-  
jalis. ligantur non solum cibaria & me-  
dicinæ, verum etiam medici.

**13** Item, quia collegiū sancti Anto-  
nij post obitum fūdatoris, bullam  
De ppi nis p̄ sol pro accipiendo gradibus in dicto  
uendis collegio à sede Apostolica obti-  
ab his q uuit & ex parte collegiū nobis ex-  
in hac titit supplicatū, vt taxationē in gra-  
vniuer- dibus accipiendo statueremus.  
itate fūt laurca- **G** Volumus & ordinamus, quod  
di. baccalariandus in dicto collegio  
iuxta ordinē p̄fatae bullæ, tenea  
De bac tur dare pro arca collegiū vnū flo-  
chalau- rrenū auri: item magistro vel do-  
reis. Etori gradū conferenti propinam  
quæ fere vnius floreni pretio æsti-  
metur, insuper vnum birrētū &  
vnum par cyrothecarum vnicuiq;  
verò patronorum & aliorū cathe-  
dratiorū vnū par tantū cyrothe-  
carū: notario autē dicti collegiū me-

diū florenum totidemq; bedello.

**G** Qui verò in dicto collegio licen- De lig-  
ciādus fuerit, teneatur dare pro ar- ciādus  
ca collegiū duas duplas auri, Epi-  
scepo verò vel eius officiali gradū  
cōferentii totidem duplas, patrino  
etiam totidē: alijs verò magistris  
vel doctoribus examen intratibus  
singulas duplas, cuilibet verò præ-  
dictorum in examine intereflē-  
tū dabit facem ceream quinq;  
librarum: patronis verò dabit tan-  
tum singulas faces similiter quin-  
que librarum, notario verò dabit  
vnū florenum, & bedello alium.

**G** Qui verò doctorandus vel magi- de rei  
strādus fuerit in dicto collegio, te- pturis  
neatur dare pro arca collegiū duos gradū  
aureos castellanos nuncupatos, & doctora-  
Episcopo vel eius officiali gradum tuis, scilicet ma-  
conferenti alios duos & totidem gisteri,  
patrino: reliquis verò doctoribus  
vel magistris cathedralicis singu- De his  
los aureos castellanos, cuilibet au- oībus p-  
tem prædictorum dabit birreta pinis iā  
singula cum cyrothecis, Patronis multo  
verò dabit tantum birreta singu- aliter  
la cum cyrothecis, notario autem statutū  
dabit vnam duplam auri, & tan- est in le  
tundem bedello. bro sti-  
**G** ITEM ordinamus, quod in vniuer- tutorū  
eligidis, tam patrinis, quam ma- sitatis,  
gistris, vel doctoribus examen in- ioban  
trantibus, semper antiquior in  
gradu præferatur: dum tamen  
cathedralici, non cathedralicis,  
tam in patrinatu, quam in ingre- ioban  
su examinis simpliciter præferan- ioban  
tur.

**G** Quia verò collegiales dicti colle- ioban  
giū pauperes futuri sunt, & meosū  
fauorem, quorum gratia priuile- ioban  
giū de gradibus conferendis est  
obtentum, dignum duximus quo  
ad eos qui tunc tēporis in collegio  
commo-

## ADDITIONES CARDINALIS.

36

De pro commoratuntur prædictas expensas extenuare in hunc modum.  
vñdis à Pro gradu bacchalaureatus sus-collegia cipiendo Collegiales ad proprietatis nam gradum conferenti non te-de qua neantur: in alijs verò gradibus, re vide licenciaturæ, magisterij, vel do-addi.36ctoratus, vbi alij tenentur du-

Carua-plas exoluere, hi totidem flo-re-jalis. nos duntaxat exoluāt. Vbi verò alij tenentur castellanos redde-re, hi duplas totidem duntaxat dare teneantur. Statuimus insuper quod dicti collegiales in nullo gra-du suscipiendo pro arca collegij aliquid soluant.

**14** Item, quia in quadam constitu-tione collegij cautum est, quòd tres tantum familiares in collegio

In addi-tatio. 37. existant, scilicet, cocus, econo-mus, & maiordomus: quibus de-Carua-jalis ad-certo limitato salario prouideri dicitur mandatur: nos utilitatem dicti alius fa-milia-tij eiusdem præ oculis habentes, dictam constitutionem reforman-

tes, ordinamus & statuimus, quòd de tribus familiaribus prædictis, duo tátum sint intra domum, qui-bus arbitrio Rectoris & consilia-riorum de salario prouideatur, su-per quo eorum conscientias one-ramus. Maiordomus verò extra domum assumatur & maneat, cui prædicti Rector & consiliarij mo-deratè prouideant de salario, sicuti de alijs prædictis. Verum pro hospitali ad pauperum, infirmorumque collegialium seruitium alter familiaris assumatur, cui etiam de competenti salario proui-deatur, Rectoris & consiliariorum arbitrio, vt supra: ita quòd in col-legio & hospitali tres seruant fa-miliares, quoniam duo vtrig; com-

mode seruire non possent.

Item quia constitutiones, qui-bus cauetur poena extra catenam excuntum nimis rigidæ sunt: nos eas mitigare volentes, volumus & statuimus, quòd si quis sine capi-tio & clamyde extra catenā exie-rit vel postes marmoreos, Recto-ris arbitrio puniatur.

**15** Item, quia constitutio lectorum est nimis difficilis eo quòd sustitu-ti utiles in tanta literarum sterili-tate ac paucitate studentium mini-mè inueniri possent: statuimus, quòd lectors dicti collegij à die sancti Laurentij pet se, & per sub-stitutos à lectionibus vacent us-que ad diem sancti Hieronymi in-clusive: cæteris verò anni diebus lectiū iste nentur per se vel sub-stitutum legere: prout in alijs con-stitutionibus cauetur. Si quis verò à lectione cessauerit contra for-mam constitutionum, pro qualibet lectione quinquaginta mar-a-petinorum monetæ currentis pos-na multetur.

**16** QVAE OMNIA & singula per nos superius expressa, atque emendata prædicta authoritate de cætero obseruari decernimus & mandamus, constitutionibus di-eti collegij per dictum Archidia-conum antea editis, his duntaxat exceptis in suo robore permansu-ris reseruantes nobis, prout tenore præsentium reseruamus facul-tatem, addendi, minuendi, corrigé-di, emendandi, statuendi, & decla-randi, prout negotiorum qualitas & temporum necessitas exegerit, & à sede Apostolica nobis conce-ditur. In cuius rei testimoniu[m] præ-sentes manu nostra subscripsimus, sigilloque nostro pendentí feci-

E 4 mus

## ADDITIONES CARVAILIS.

mus communiri. Acta fuerunt  
fuerunt hæc in ciuitate Hispalensi  
sub anno à nativitate Domini mille  
simo quadringentesimo nonage-  
simo, prima die mensis Aprilis,  
præsentibus ibidem venerabili-  
bus viris Bartholomeo de Medi-

na Archidiacono de Almazan, &  
Hieronymo de Bouadilla, & Mar-  
tino de Algorta camerarijs & fami-  
liaribus nostris continuis comésa-  
libus testibus ad præmissa vocatis  
specialiter & rogatis.

P. Cardinalis S.Crucis. De mandato Reuerendissimi domini Cardinalis. D. Muros secretarius. Ioánes licenciatus Archidiaconus de Carmona. Franciscus de Huesca doctor.

# A D D I T I O N E S

FACTAE AD PRAECEDENTES CONSTI-  
TUTIONES PER REUEREDOS ADMODUM DOMINOS FRANCISCUM  
CARUAJAL CANTOREM ECCLESIAE SEGUNTIEN. & RODERICUM  
DE CARUAJAL CANONICU EIUSDÉ ECCLESIAE, OFFICIALEM Q;  
& VICARIUM GENERALEM IN PRÆDICTA ECCLESIA AC  
DIOCESE, IUDICES COMMISSARIOS AC DELEGATOS  
À SE DE APOSTOLICA, ATQUE AD INFRA SCRIPTA  
DEPUTATOS



R A N C I S C U S Caruajal Càtor ecclesiæ Seguntiën.  
& Rodericus de Caruajal in decretis licenciatus, cano-  
nicus Seguntinus, officialis & vicarius generalis in di-  
cta ecclesia & dioecesi Seguntiën. per reuerendum in  
Christo patrem D. D. Bernardinū Luppi de Caruajal  
Cardinalem sancte Crucis in Hierusalem, Patriarcham  
Hierosolymitanum, & Episcopum Seguntiën. iudices  
comissarij & delegati à sede Apostolica, & ad infrascripta deputati. Ve-  
nerabilibus & circumspectis viris Rectori & collegialibus collegij san-  
cti Antonij de Porta cæli extra muros ciuitatis Seguntiën. necnō & pa-  
tronis dicti collegij, ac magistris seu doctoribus cathedras dicti collegij  
regentibus, omnibusq; alijs & singulis præsentibus & futuris, quorum  
interest, aut intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum,  
salutem & felices ad vota successus. Nuper sanctissimus in Christo pa-  
ter & dominus D. Iulius diuina prouidentia Papa secundus, supplica-  
tionibus dictorum Rectoris & collegialium inclinatus suas literas Apo-  
stolicas in forma breui sub annulo pescatoris, sanas quidem, non corru-  
ptas, non cancellatas, nec vitiosas, quinimo omni prorsus, vitio & suspi-  
tione carentes direxit huiusmodi sub tenore.

D I L E C T I S filijs Cantori ecclesiæ Seguntiën. & Vicario venerabi-  
lis fratri Episcopi Segutiën, in spiritualibꝫ generali. IV L I V S Papa. II.  
dilecti fili salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fece-  
runt dilecti filij modernus Rector & scholares collegij sancti Antonij  
de Porta cæli extra muros Seguntiën. quod in dicto collegio sunt aliqua  
statuta, constitutiones, & ordinationes olim per illius fundatorem, & nō  
nullos alios edita: & forsan Apostolica authoritate confirmata, de qui-  
bus obseruandis scholares in eorum ingressu iuramentum præstare te-  
nentur, quodque licet statuta, constitutiones & ordinationes huiusmo-  
di à principio obseruari posse viderentur: tum ex illorum obseruatione  
multa contra animarum salutem & in Dei offendam eveniunt. Quare  
pro parte Rectoris & scholarium, eorundem nobis fuit humiliter sup-  
plicatum, ut eis super hoc prouidere de benignitate Apostolica digna-  
remur.

## ADDITIONES CARVAIALIS.

remur. Nos huicmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per praesentes comittimus ac mandamus, ut adhibitis vobiscum duobus vel tribus alijs probis viris ac statutis, constitutionibus & ordinationibus huiusmodi per vos & illos diligenter inspectis & examinatis, illa in melius emendetis, moderetis, & in totum etiam si videbitur deleatis: necnon periuri pœnas & excommunicationis sententias in eis cōtentas in aliquam pecuniariam pœnam arbitrio vestro imponendam, & dicto collegio seu illius scholarium usui applicandam cōmutetis: aliaq; statuta de novo condatis & obseruari mandetis aliaq; faciatis, quæ secundum Deum ipsius collegij felici regimini, gubernationi & directioni videritis expedire. Super quibus omnibus & singulis, vobis liberam & omnimodam concedimus facultatem, præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis priuilegijs, quoque & indultis collegio predicto, & eius collegialibus super quibusvis verborum formis cōcessis, quibus pro hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis non obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petru sub annulo piscatoris, die. xvij. Aprilis, millesimo quingentesimo quarto, Pontificatus nostri anno primo. G. Bon. Mey. & Tarasconus.

QVIBVS QVIDEM literis Apostolicis ea qua tenemur obedientia & reuerentia suscepitis pro parte dictorum Rectoris & collegialium debita cum instantia requisiti fuimus, ut ad cōstitutiones dicti collegij antea editas, corrigendū, reformandū, addendum, seu declarandum & emendandū, & alias de novo cōdendū seu ordinandum, & prout nobis per dictas literas Apostolicas in forma dicti breuis per dictum sanctissimum dominum nostrum Papam mandabatur & iniungebatur iuxta earum formam, vim & cōtinentiā procedere, aliasq; in præmissis ipsi collegio, Rectori & collegialibus debite prospicere dignaremur.

NOS igitur Franciscus de Caruajal Cantor, & Rodericus de Caruajal in decretis licenciatus canonicus Seguntiū, officialis & vicarius generalis cōmissarij & iudices dati, & delegati prefati, attendentes petitio nem, supplicationem huiusmodi fore iustum, & rationi consonam constitutiones & antiqua statuta dicti collegij adhibitis per nos ad hoc non nullis viris literatis reuerendis, scilicet, magistris Michaele de Parrazes in sacra Theologia magistro & Petro Ciruelo in artibus magistro, & in sacra Theologia bacchalario, cathedralicis dicti collegij, legimus, vidi mus, & examinauimus. Et quia tam nostro quā dictorum virorum magistrorum iudicio, nonnullæ dictarum constitutionum attrita qualitate rerum & temporum mutandæ, aliæ corrigendæ & emendandæ, aliæ vero in totum tollendæ, aliæ de novo addendæ visæ sunt. Authoritate igitur Apostolica predicta nobis cōmissa, & qua fungimur in hac parte, cōstitutiones & statuta per vos omnes & singulos praesentes & futuros in perpetuum tenenda & obseruanda, edere & promulgare statuimus, prout tenore praesentium predicta autoritate Apostolica cōdimus & promulgamus huiusmodi sub tenore.

Et

1. **E**t primò quoniam in se-  
cunda constitutione, quæ  
incipit, parum & quidē, cō-  
tinetur, quod collegiales recipien-  
di sint in decimo octavo anno con-  
stituti: statuimus, quod scholares  
deinceps recipiendi in collegiales  
sint ætatis decem & nouem anno-  
rum completorum prædicta cōsti-  
tutione non obstante.
2. ¶ Rursus in tertia cōstitutione præ-  
dicti fundatoris, quæ incipit, bea-  
tas fore res cōmunes, &c. contine-  
tur, quod Rector futurus consecu-  
tus sit vigesimum quintum annū:  
addicimus & declaram⁹, quod suf-  
ficiat vigesimum quartum annū  
attigisse, prædicta cōstitutione nō  
obstante.
3. ¶ Item quia in quarta constitutio-  
ne, quæ incipit, sub aliquam vero  
&c. Cauetur q̄ habitates collegiū  
intra tertium diem teneantur iu-  
rare de obediendo Rectore in præ-  
sentia notarij, statuimus & decla-  
ramus vel melius adicimus prædi-  
cta cōstitutioni, quod quilibet re-  
cipiendus iuret ante quam vestem  
collegij recipiat prædicta constitu-  
tione non obstante.
4. ¶ Præterea quia in quinta consti-  
tutione, quæ incipit, volumus &  
etiam ordinamus, &c. cautum est,  
quod non elegantur ad aliquā ad-  
ministrationem in collegio colle-  
giales, nisi ibi prius residerint per  
annum: statuimus & ordinamus  
atque declaramus illud habeat lo-  
cum, quoad Rectorem per annum  
videlicet integrum, quoad consili-  
arios vero per maiorem partem  
anni prædicta cōstitutione taxata.  
¶ Item in septima constitutione,  
quæ incipit, statuimus pariter &  
ordinamus, dicitur quod infra de-
- cem dies teneantur Rector & cō-  
siliarij mittere nuncium ad Deca-  
num & capitulum illius ecclſie,  
cuius pro tunc camera vacauerit,  
&c. statuimus quod infra viginti  
dies illam notificare sufficiat præ-  
dicta cōstitutione taxata.
- ¶ Itē quia in. 10. constitutione, quæ  
incipit, quia studium sapiētiæ, &c.  
dicitur, quod si patronis & Recto-  
ri visum fuerit, quod aliis modus  
legendi, &c. Statuimus, adicimus  
& declaramus, quod hoc etiam ex-  
pectet ad consiliarios tum prædi-  
ctis patronis & Rectore cæteris in  
prædicta cōstitutione contentis  
permansuris.
- ¶ Item in. 14. constitutione, quæ in-  
cipit, quoniam secundū Apostoli-  
cas constitutiones, dicitur quod li-  
ceat cuilibet collegialiū intra col-  
legium permanere per septenniū:  
addimus & statuimus, quod illis  
qui exercuerint & exercēt de præ-  
senti & de futuro exercebunt offi-  
cium Rectoratus, addatur unus an-  
nus propter dispendium & distra-  
ctionem prædicti officij, non ob-  
stante prædicta cōstitutione.
- ¶ Item quia in. 20. constitutione di-  
citur, quod collegiales habeant po-  
tagium præparatum, &c. quæ inci-  
pit, et si omnes homines deceat so-  
brie temperateque, &c. Volumus  
quod tale arbitrium sit inter duos  
& sex dipondios inclusiue, cæteris  
permanentibus.
- ¶ Item quia in. 21. constitutione,  
quæ incipit, prout sacra testatur  
scriptura, &c. cauetur, quod ieju-  
nient collegiales, &c. qualibet sex  
ta feria: adicimus & declaramus,  
quod prædictum ieiunium sextę fe-  
riæ non sit sub obligatione, sed de  
consilio, quod sic intelligi volu-  
mus,

## ADDITIONES CARVIALIS.

- 15
- mus, quod totum, scilicet collegium seruet ieiunium ex præcepto, sed quilibet collegialium ex consilio, prout hic taxatur: super quo ipsorum collegialium cōscientias oneramus sic, q̄ non dimittant ipsum ieiunium ex contemptu, & quod transgressoribus pœna moderata Rectoris arbitrio imponenda infligatur. In diebus vero statutis ab ecclesia, volumus quod in uiolabili ter obseruetur, in quibus quidē dictis sextis ferijs sufficiat comedere hora decima, quæ competēs reputetur. Addimus insuper q̄ possit aliquo frustro panis aut aliqua alia re moderate pro Rectoris arbitrio, & consiliariorum facere colationem prædicta constitutione non obstante.
- 10 Item quia in. 23. constitutione quæ incipit, sed quia homines non solum indigent victu, sed etiam & vestitu, &c. dicitur, quod detur unicuique collegialium vnu par calceorum: volumus, adiçimus, & statuimus, quod habeant quilibet anno duo paria calceorum, quæ quidem duo paria centum dipondiorum pretio taxamus, prædicta constitutione non obstante.
- 11 Item. 24. constitutione, quæ incipit, item statuimus & ordinamus: in qua continetur seu præcipitur quod vnuquisq; collegialium habeat suā camerā paratā & ornatā: statuimus & adiçim⁹, quod ultra illa ornamenta in prædicta constitutione contenta, quilibet collegialis habeat vnam steram pro sua camera ratione frigiditatis hyemalis. Rursum quia in eadem constitutione cauetur, quod si aliquis perdiderit, & statuimus & moderamus, quod non incurrat periu-
- 12
- rium, nec priuationem collegij, nisi sit excessus triginta marapetinorum: verumtamen teneatur restituere illud quod sic sua negligētia perierit, & quod à Rectori strictius castigetur cæteris in prædicta constitutione contentis in suo robore permanentibus.
- Item in. 26. constitutione, quæ incipit, & quia maior pars executionis, &c. in qua dicitur, quod collegiales non pandentes negligētiam Rectoris quoad obseruationem constitutionū, &c. Statuimus & moderamus, quod differentes usque ad tempus visitationis non incurrant periurium, dummodo non emineat periculum in mora super quo factō antiquiores in predicta domo, vel aliunde consulant alias prædictæ constitutionis pœnas incurrant.
- Item quia in. 27. constitutione quæ incipit, præterea quia secundū doctrina, &c. præcipitur, quod syndici capiant rationes à Rectori infra octauas natuitatis, &c. addimus & declaramus, quod prædictæ suppurationes possint usq; ad festum epiphaniæ differri: cæteris in prædicta constitutione permanentibus.
- Item quia in. 28. constitutione, quæ incipit, ordinamus quod nemo, &c. cauetur, quod propriis expensis & raro fiat conuiuia, &c. statuimus & declaramus, quod habentes in collegio possint afferre secum suam portionem integrum cum pane & vino ad prædicta conuiuia, dum in tale conuiuum cum patribus siue fratribus carnalibus, & quod fiat raro, super quo conscientiam Rectoris oneramus: cæteris in eadem cōstitutione in suo robore
- 13
- 14

## ADDITIONES CARVAILIS.

39

robore permanuris.

Item in. 31. constitutione, quæ incipit, præterea statuimus & ordinamus, &c. ubi dicitur, quod Rector & consiliarij faciant suam pensionem, &c. Statuimus & ordinamus, quod talis penus fiat expensis collegij, etiamsi ad aliqua remotiora loca pro prædictis prouisionibus cendum sit. Rursus in eadem constitutione præcipitur, quod Rector & consiliarij sint solicii quod semper supersint trecentæ mensuræ tritici, quas vulgo dicim⁹ fanegas: statuimus & ordinamus, quod sufficiat superesse ducentas mensuras tritici ad minus, non obstante predicta constitutione. Consulim⁹ tamen, quod temporibus quibus possit prædicti Rector & consiliarij emere triticum conuenienti pretio, prouideant quod supersint trecentæ & quatuorcentæ mensuræ pro maiori securitate.

Item in. 34. cōstitutione, quæ incipit, & quia superius, &c. ubi assignatur quarta causa vacationis cathedralium, scilicet, malum regimen ipsarum cathedralium: statuimus & declaramus, quod cathedralicus recipiat gradus magisterij infra annum suæ electionis ad prædictam cathedralim, quatenus possit conferre gradus, ceteris in suo robore permanentibus.

Item in. 37. constitutione, quæ incipit, ordinamus etiam quaten⁹, ubi dicitur, quod collegiales post quam audierint à lectore theologiz, &c. Statuimus & ordinamus, quod sufficient tantum diebus dominicis collegiales prædictos circa exercitium prædicationis intendere de cōfilio magistri & Rectoris, ceteris in suo vigore manentibus,

Item in. 40. constitutione, quæ incipit, quoniam ex experimento dividimus, &c. Statuimus, quod exercitium collegialium circa disputations coram presidente, fiat in capitulo, vel in alio loco competente, & quod Rector ad conclusiones tenendas non obligetur. Itē, quod in omnibus diebus dominicis, dominę nostrę, omnium sanctorum, Nativitatis cum tribus diebus sequentibus, & Circuncisionis, & Epiphaniæ, sancti Blasij, Resurrectionis cum tribus diebus præcedentibus & duobus sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duabus diebus sequentibus, Corporis Christi, Barnabę, Antonij, Ioānis Baptistarę, Petri & Pauli, Iacobi, Transfigurationis: non teneātur ad huiusmodi conclusiones tenendas. Et si forte in prædicto conflitu aliqui excesserint, puniantur à Rectore cum presidente ipso. Itē quod in diebus lectiuis unam vel duas conclusiones alternatim discuti inter collegiales, moderate tamen & sub Rectoris determinatione teneantur, sine cuius licentia nullus recedat à mensa. De cuius etiam præcepto & facultate, aliqua interuersiōe causa, possint nonnullis diebus ab huiusmodi cōclusionibus cessare arbitrio Rectoris relinquendis, super quo conscientiam eius oneramus, ceteris in suo vigore permanuris.

Item in constitutione. 42. quæ incipit, & quia esset in honestum, &c. ubi de hora claudendi collegium agitur: ordinamus & statuimus, quod si non fuerit notabilis mora post clausuram collegij, quod prima vice concedatur venia illi qui prædicta porta clausa venerit. Prosecūda

18

19

## ADDITIONES CARVAILIS.

da talis collegialis sequenti die faciat pœnitentiam in pane & aqua, nisi iultam attulerit excusatione. Pro tertia agat pœnitentiam eadem tribus diebus. Pro quarta priuetur à portione refectorij per diuidum anni. Pro quinta & ultima priuetur totaliter à collegio, & hoc teneatur Rector in libro receptionum collegialium scribere ut executioni mandetur, & veniat in posterorum notitiam. Item ubi dicitur, quod si aliquis collegialium dormierit, &c. Statuimus & ordinamus, quod pro prima vice transgressor priuetur per quartuor menses à media portione, si vero steterit absens per decem dies priuetur ab integra portione per annuum: si autem maior fuerit mora, priuetur à tota portione per sex menses. Si vero excedat decem dies, ipso facto totaliter perdat collegium. Statuimus insuper iuxta aliâ clausulam prædictæ constitutionis circa absentias collegialiū proprias, quod possint accipere quindecim dies cum tribus mensibus coniunctim vel interpolatim, & quod possint habere alium mensem absentie ultra nouem in prædicta constitutione concessos.

20      ¶ Item in constitutione . 47. quæ incipit: ordinamus & statuimus, &c. sub titulo quod collegiales nō ingrediantur coquinam, qua dicitur, quod ante quam collegiales veniant ad prandium vel ad cœnam calcant, &c. Statuimus, adjiciimus & declaramus idem fieri post prandium & cœnam ad Rectoris arbitrium, super quo eius conscientia oneramus ne fiat lōga ad prædictum focū permanlio. Cöcedimus tamē quod diebus quibus arbitrio

Rectoris sit additio ultra communitatem portionem finita missa maiori iudicetur hora prandendi & similiter diebus dominicis quadragesimæ: cœna verò possit anticipari per horam.

¶ Item in . 51. constitutione, quæ incipit, quia sacra nos monet, &c. quæ est sub titulo de veneratione diui Blasij: statuimus & ordinamus, quod Rector faciat ponere in capella sancti Blasij quatuor faces creas unaquæque quinq; librarum quæ ad vesperas & missam ardeat, quæ etiam die sequenti ad anniversarium fundatoris suppetant.

¶ Item in . 52. constitutione, quæ incipit, statuimus, &c. in qua ponitur pœna periurijs: statuimus & volumus, quod pœna periurijs in quā labuntur nō interessentes vesperis anniversarij fundatoris collegij debeat & committetur in corporalem sic, quod transgressor die sequenti comedat panem & aquam ad mensam pauperum.

¶ Item in . 53. de institutione hospitalis, quæ incipit, Christus pauper &c. qua cauetur quomodo prouideatur de pauperibus hospitalis: constituimus, quod unus illorum quatuor pauperum eligatur à Rector & suis consiliarijs in astate quinquaginta annorum, vt valeat ad Rectoris arbitrium curare alios atque ministrare quæ sibi per Rectorem fuerint mandata sine excusatione ad quod etiam alij teneantur.

¶ IN additionibus fundatoris circa secundā de festis obseruandis, quæ incipit, Cū præcepta domini ca, &c. Volumus, statuimus, quod magistris teneantur legere in diebus sancti Antonij abbatis, sancti Illephosi,

21

22

23

24

## ADDITIONES CARVAIALIS

40

21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31

**I**llephōsi, sancti Gabrielis, & Triū philanctē Crucis. Ordinamus itidem quod lector philosophiæ non teneatur legere in vigilia nativitatis præ vesprorum solennis, in die carnis priuij, ambo cessent si gesimæ lector Theologiæ insuper voluerint, & in die primo quadra in die visitationis dominæ nostræ non obligentur legere, nec præsentationis glorioſæ virginis.

**¶**In tercia additione de horis per lectores legendis: statuimus, quod maior pars téporis in prædicta constitutione assignati in lectione expendatur Rectoris & consiliariorum arbitrio.

**¶**In 7. additione, sub titulo qualiter lectores decretorum instituantur, & qua hora debeant legere, mandamus quod legat hora ad Rectoris arbitrium & consiliariorum ne alię impediantur lectiones.

**¶**In additione octaua, quod collegiales non audiant canones: statuimus, quod post sex annos possint audire.

**¶**In 13. sub titulo de taxationibus vestimentorum: statuimus nullis super huiuscmodi obstantibus statutorum, quod Rector & consiliarij emant pannum pro capitijs clericaliis vnamquamque mensurā quæ dicitur materna lingua & vulgaris vara, inter centum & triginta & centum & quinquaginta marapetinorum: pro clamydibus verò inter centum & decem, & centum & triginta.

**¶**In 15. additione sub titulo, pœna contra occupantes bona collegij, vbi cauetur, quod occupantes bona collegij etiam uictualia, &c. sententiam excommunicationis incurvant: præcipimus & statuimus,

quod in omnibus teneantur ad restitutionem pœnam tamē ex communicationis seu periurijs, in his & similibus non incurvant dum sic acceptum simul vel interpolatum, non excecerit triginta marapetinos, sed quod teneatur infra octo dies Rectori manifestare.

**¶**In 16. additione, sub titulo contra retinentes aliquos ad pernoctadū in collegio: statuimus & addimus, quod tempore necessitatis puta in infirmitatis, vel huiusmodi possit aliquis vel aliqui de genere masculino, si visum fuerit Rectori & consiliarij, & de consilio medicorum pernoctare.

**¶**Item in. 14. additione de pecunijs in archiuis reponendis, & sala ria nuntiorum, vbi de receptoris agitur electione: statuimus & ordinamus, quod in die sancti Antonij eligatur predictus receptor qui teneatur reddere rationem sui officij infra octauas sancti Ioannis Baptiste ad quod elegantur duo syndici. Ordinamus etiam & addimus iuxta aliam clausulā eiusdem additionis de salario nuntiorū, quod dentur pedestri viginti, equestri verò triginta marapetini unaquaque die. Si autem cū puero vel familiari viam egerit quinquaginta quolibet die. Prouideat tamen Rector interim pro seruitio domo de alio familiari si opportunum fuerit expensis collegij moderatis, vel mittat alium manente in domo familiari. Sed si petierit curiam, siue regiā, siue Romanā, vel ad alia similia loca, vbi est verisimile ampliores expensas requiri, honeste prouideatur. De quo mandamus Rectorem & consiliarios etiā de alijs personis expertis persuasos ad plenum

## ADDITIONES CARVAILIS.

- plenum certificari conscientijs super hoc, tam mitteantum, quā mis-  
forū in nuauorum strictē onera-  
tis.
- G**IN additionibus Cardinalis  
Hispanie D. Petri Gundī.  
salutē de Mendoza.
- 32 **Q**In quarta additione, qua cauetur  
quod lectors cessent dic Louis à le  
Etura: mandamus & statuimus, q̄  
teneantur lege ut in alijs diebus.
- 33 **Q**In septima additione, qua caue-  
tur, quod tempore pestis remaneant  
duo collegiales, &c. Addimus &  
statuimus, quod tempore pestis  
(quā Deus auertat) remaneat qua  
tuor collegiales qui habeant por-  
tionem duplēm, qui in casu hu-  
iū modi possint secum ferendo pri-  
uilegia & pecunias collegij loca  
circuinicina habitare, ynde cōmo  
de possint procurare redditus &  
hæreditates, & etiā ipsummet col-  
legium cum quibus possint cōma-  
nendo alijs duo ex antiquioribus  
collegialibus cum familiaribus ad  
seruitum sufficienibus habitare.
- 34 **Q**In nona additione, in qua agitur  
de addito vltra communes portio-  
nes: addimus insuper & statuimus  
ratione festorum sequentium, sci-  
licet, omnium sanctorum, Conce-  
ptionis dñae nostrae, Epiphaniæ,  
Ascensionis, Corporis Christi, An-  
tonij cōfessoris, Ioannis Baptiste,  
et Rectoris arbitrio vltra cōmu-  
nen portione in competens & ho-  
nesta additio.
- 35 **Q**In. 12. additione, vbi agitur de  
subuentione infiriorum: addim⁹  
& ordinamus, quod familiari infir-  
mo subueniatur de pane & vino  
cū medico prædicti collegij & me-  
dicinis valoris centum & quadra-  
ginta marapetinorum, qui tunc tē  
poris nihil lucretur de suo salario:  
totum hoc cōmittimus Rectori &  
consiliarijs, p̄ ita quod talis infir-  
mitas non excedat in vno anno tē  
pus viginti dierū, alias disponatur  
de alio familiari. Iste tamē talis pos-  
sit manere in hospitali, vt visū fue-  
rit Rectori & consiliarijs.
- Q**In. 13. additione, quæ agit de taxa-  
tione graduum suscipiendorū: or-  
dinamus gratia paupertatis colle-  
gialium, quo ad illos in hunc mo-  
dum exterminare expensas, scili-  
cket, quod collegiales licēiandi nō  
teneantur dare Episcopo vel eius  
officiali gradum cōferenti nec pa-  
trino, nili singulas duplas, alijs ve-  
rò magistris vel doctorib⁹ examē  
intrantibus singulos florenos cui-  
libet verò prædictorum, examini  
interessentium & patronis dabunt  
singulas faces cereas quinq; libra-  
rum, notario verò medium flo-  
renum, bedello alium medium. Qui  
autem doctorandi seu magistrati  
suerint, Episcopo seu eius officiali  
gradum conferenti & patrino sin-  
gulos teneantur dare ducatos, reli-  
quis verò doctoribus seu magistris  
cathedricis singulos florenos,  
cuiilibet autem prædictorum & pa-  
tronis dabunt vnum par cyrothe-  
carum, notario verò medium flo-  
renum, similiter & bedello. Statui-  
mus insuper, quod si aliquis colle-  
gialium post discessum à collegio  
venerit hos gradibus ibidem acci-  
pere, teneantur tantum dare flo-  
renos vbi alijs extranei duplas, & vbi  
alijs castellanos ipse duplas exolu-  
uat, faces verò trium librarum tan-  
tum, & quod ad birreta non tenea-  
tur, ad cyrothecas vero sic, notario  
verò teneatur dare in licenciatura  
mediam duplā, totidēq; bedello,

37  
36  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
pro

multaq;

## ADDITIONES CARVAILIS

41

pro arca collegij vnum florenū, in doctoratu seu magisterio dabit notario medium ducatum atq; bēdello, arcæ collegij dabit vnā du- plam.

37 ¶ In. 14. additione circa numerū familiarium statuimus, quod iēpo re necessitatis puta infirmitatis, siue collegialium, siue patrū hospi- talis, vel huiusmodi ad Rectoris & cōfiliariorum arbitrio accipiatur & addatur vnuus aliis familiaris.

38 ¶ Item circa statuta ædita, cōsueta & obseruata super forma cursandi in collegio sancti Antonij, & su per modum recipiendi cursus alibi factos: statuimus & ordinamus omnia inibi contenta confirmantes, ac de nouo cōdentes, addim⁹ & interpretamur quod nomine cur- sus intelligentur octo menses.

39 ¶ Item quod licenciandus in theo- logia duobus cursibus teneatur le- gere Magistrū sententiarū, & cū uno curiu Magistri, possit simul cursum Bibliæ cōfici, cui sufficiat sex quolibetales questio- nes uno publico actu antequam repeatat su stinere. Item quod accepturus gra dum bacchaliariatus in theologia, sit satis quatuor cursus peregisse.

40 ¶ Præcipimus itidem, quod Rector cū consiliarijs habeant liberam fa cultatē prouidere ipsi domui de officialibus opportunis expensis collegij remunerādis: vt notario, tonsore, lotrice, & huiusmodi: qui bus seu corū altero collegiū ipsū venientibus raro tamen & oppor tuno tempore, Rectoris arbitrio, in pane & vino, & amplius si expe dicit, vel horum altero succurra tur, similiterq; profectū aliquod collegio asportantibus: in & super quibus omnibus conscientias gu-

bernantium stricte oneramus. Da mus autem facultatem liberā Re- cotori dandi licentiā bis in anno tio col omnibus collegium habitantibus legali conferendi se in aliquod opidum, siue rus, cū totali portione ad re creandos animos viresq; resumen das, taliter quod medietas collegia lium & collegium commoratiū maneat talibus diebus in eadē do mo, altera die ipsis adeuntibus, alte ri maneat.

¶ Statuimus & ordinamus & decla ramus, q; nō obstatibus quibusuis statutis in contrarium sonantibus, Rector poscit clargiri collationē extra mensam rectorij quā ibi dem poterat tribuere: utputa ad ignem & alijs similibus locis.

¶ Concedimus etiā Rectori, q; ha beat de arca collegij propter innu meros labores & propriarū pecu niarum perditiones nomine officij in fine sui Rectoratus vnum pi leum communis valoris.

¶ Itē statuimus & mādamus, quod graduandi bacchaliarij teneātur da re Rectori vnu par cyrothecarū, li cenciandi, magistrandi, seu docto randi, teneantur dare vnu pilcum seu birretum.

¶ Itē, quia cōtingit præparato prā dio vel cœna, aliquem seu aliquos absentes esse: statuimus, q; portio nes illorū qui absentes fuerint, si ue inuitati, seu propter aliū casum fortuitū, propter quem ad dictum collegiū ad prandendum vel cœnandum venire nō potuerint, admin istrentur in cōmuni mensa por tiones tales arbitrio Rectoris.

¶ Itē statuimus & volumus, quod in festiuitatib⁹ nativitatis Dñi, Resurrectionis, & Pentecostes, in qui bus arbitrio Rectoris conceditur additio

## ADDITIONES CARVATALIS.

additio vltra cōmunem portionē in quadam additione Cardinalis, quod nomine illorum festorū intelligantur tres dies in qualibet diātarum festiuitatum.

**G** Q V A E omnia & singula per nos superius expressa, emendata, mutata & addita, prædicta authoritate Apostolica de cetero obseruari decernimus & mandamus, cōstitutionib⁹ & additionibus dicti collegij per dictum Archidiaconum fundatorē, ut præfertur antea editis & per dictum Cardinalem editis & emendatis, his dunta xat exceptis in suo robore permansuris, reseruantes nobis, prout tenore præsentium reseruamus, facultatē addendi, minuendi, corrigendi,

emendandi, statuendi, & declarandi, prout negotiorum qualitas & temporum necessitas exegerit, & à sede Apostolica nobis conceditur. In cuius rei testimonium presentes manu nostra subscripsim⁹, sigilloque nostro & dicti collegij secimus communiri, Acta fuerunt hæc in ciuitate Seguntiñ. sub anno à Natiuitate Domini millesimo quingēclimo quinto, die verò dcima nona mensis Aprilis, præsentibus ibidem Alfonso de Molina fiscali reuerēdissimi domini præfati Cardinalis, & Ioanne de la Luéga, & Petro de Carrion, & Petro de Talar vicinis ac habitatoribus ciuitatis Seguntiñ ad hoc vocatis specialiterque rogatis.

Frāscus de Caruajal Cātor Segutiñ. Licēiatus Rodericus de Caruajal officialis ac vicarius Seguntiñ.

**Q** Quod vñus collegialis legat vnam lectionē grammaticæ, aut logicæ familiaribus.

**A**cra scriptura testāte negligens paterfamilias, nō solum temporaliter, sed externaliter veniet puniēdus. Ideo que vlationem diuinam euitare cūpientes, & desiderantes curam domesticorum habere, & eorum vtilitatem pro vicibus procurare: ordinamus & statuimus, quod collegiales extraordinarie recipiēdi intra collegium per annum integrū familiaribus collegij sātum vnam lectionē in grammatica vel logica arbitrio Rectoris assignandā quolibet die lecti uo per spatiū vnius horū durantibus eoruādem septen-

nījs secundum ordinem suarum receptionum alternatim legere teneantur. Et si extraordinarij collegiales defuerint, vltimo ordinarie receptus eorum vices suppleat, donec aliquis extraordinarie admittatur, ad quam lectionem legendā teneantur ut præmittitur sub pœna præstiti iuramenti, & alias contumaces Rectoris & consiliariorū arbitrio puniantur.

**D**eclaratio patronorū circa oriundos ex regno Aragoniæ.

**V**douicus Xarez Archidiaconus de Molina in eccllesia Seguntina, &c. Frater Ioannes de Melgar Prior monasterij

# DECLARATIO QVORUNDAM CONSTITV. 42

rii sancti Antonij de Porta celi patrōni collegij sancti Antonij de porta celi extra muros Segunū declaratores ad infrascripta specialiter deputati per quondā Ioānem Luppi de Medina Archidiaconum de Almazan in eadem ecclesia dicti collegij fundatorem, qui in quadam sua cōstitutione quæ est sub titulo de dubijs cōtingentibus dirimēdis quæ incipit. Et quia sæpe continet ex similibus ordinationibus in talibus cōgregationibus, &c. Ordinavitq; quomodo docūq; super cōstitutionibus & additionibus dubia aliqua euenerint inter collegiales seu alias personas, ad prædictū Archidiaconum in vita sua, sed post obitū eius ad patronos recurrat super eisdem dubijs absoluendis. Et quia dubitastis sæpe, & nunc dubitatis, seu aliquis vestrū dubitat, an in quadam constitutione prædicti fundatoris, quæ est sub titulo de notificatione camerarum oriundi ex regno Aragoniæ, in extraordina-rijs receptionib<sup>o</sup> collegialium, dum tamen non sint affines fundatoris, nec ex locis vbi collegiū & monasteriū prædicta habent beneficia, sub illa clausula dummodo idonei & qualificati ut præmittitur, ac de regnis & dominijs Castellæ & Le- gionis, &c. existant intelligantur & cōprehendantur. Nos igitur dubitationi vestræ occurrentes, diximus declarandū & declaramus oriundos ex præfato Aragoniæ regno, sub prædicta clausula nec cōprehendi, nec intelligi posse.

¶ Declaratio eorundē patronorū super constitutione & institutione & destitutione lectorum.

**D**em quia nonnunquā in quadam alia cōstitutione quæ est sub titulo de institutione & destitutione lectorum, etiā dubitastis, & nūc aliqui vestrū dubitant: an ad malum regimē cathedræ expectet, cathedras dicti collegij regentes nō habere gradus quibus audientibus possint gradus in suis facultatibus conferre. Nos ergo dubitationi vestræ obuiantes declaramus ad malum cathedræ regimen pertinere prædictas cathedras regentes non habere gradus quibus possint audiētibus gradus conferre, cū secundum bullam gra duum in præfato collegio seu studio, non alij quā regētes huiusmodi cathedras possint gradus bachelariatus conferre. Has ergo declarationes autoritate nobis in hac parte concessa factas volumus ratas firmasq; seruari, in cuius rei fidem & testimonium nostris nominibus subscriptas tradimus.

Archidiacon<sup>o</sup> de Molina. Frater Ioānes Prior.

## ¶ Declaratio constitutionis 2. 6. & 7.

**R**Odericus de Miráda De canus ecclesiæ Seguntinæ Patronus collegij sancti Antonij de Porta celi extra muros dictæ ciuitatis pro reuerēdis & magnificis dominis De cano & Capitulo eiusdem ecclesiæ, & frater Petrus de Tarancón vicarius monasterij etiam sancti Antonij de Porta celi dictæ ciuitatis, in locū reuerendi dñi Prioris etiā Patronus. Visis dubijs quæ nobis exposuerūt Rector & collegiales dicti collegij circa secundā, sextā, & septimam

## DECLARATIO QVORUNDAM CONSTITV.

septimā cōstitutiones disti colle-  
giū, scilicet, in eo quod dicta sexta  
constitutio dicit, q̄ in tribus came-  
ris ciuitatis & diecēsis Seguntinæ  
vna tantū prouideatur oriundo ex  
dicta ciuitate si ibidē idoneus re-  
pertus fuerit: sicut dubitatū, si pro-  
pterea q̄ dicta cōstitutione dicit, si ibi  
dem idoneus repertus fuerit, possit  
admitti ille qui solum originē du-  
cit à dicta ciuitate, etiā si illius non  
sit incola. Declaramus, q̄ si talis præ-  
sentandus fuerit oriundus à dicta  
ciuitate, etiam si eiusdem non fue-  
rit incola, nec ibidē repertiatur, sed  
sit in aliqua vniuersitate vel alicu-  
bi dum tamē ut dictū est, sit oriun-  
dus à dicta ciuitate possit præsen-  
tari & admitti ad dictum collegiū  
sine aliqua differentia, sicut admit-  
teretur si incola & in eadem ciui-  
tate repertus fuisset. Itaque equa-  
les oriundus & incola eiusdem ciui-  
tatis, reputetur virtute dictę sex-  
tę constitutionis, ut indifferenter  
corum quilibet possit præsentari  
& eligi. In secundō dubio, circa id  
quod prohibetur, q̄ non admittan-  
tur in eodem collegio eodem tem-  
pore duo incole vnius loci, an si v-  
nus est incola dicti loci, & aliis se  
obtulerit qui non sit incola, sed à  
tum oriundus, sicut dubitatum, an  
debeat admitti eo q̄ non fuit inco-  
la, ita quod simul possint esse in eo  
dem collegio vnuis incola, & alter  
oriundus ab eodem loco, aut duo  
oriundi ex eodem loco. Declara-

mus quod nō possint simul esse in  
dicto collegio vnuis incola, & alter  
oriundus, nec duo oriundi, quia nō  
minus repugnant simul in eodem  
tempore in dicto collegio vnuis in  
cola & alter oriundus, aut duo o-  
riundi ex eodem loco, quā duo inco-  
le eiusdem loci, quia eadem vel cō  
similia sequuntur inconueniētia,  
ex hoc quod vnuis sit incola, & aliis  
oriundus vel ambo oriundi ab eodem  
loco, ac si fuissent incole eius-  
dem loci. Quod declaramus, statui-  
mus & ordinamus vigore & pote-  
state nobis data per constitutiones  
dicti collegij, & vt melius possumus  
præcipiētes, quod ita, sicut de-  
claratum est in predictis dubijs,  
perpetuo seruetur per Rectorē &  
collegiales, ita quod quidquid se-  
cū factum fuerit sit nullum, irri-  
tum & inane, & insuper contraue-  
nientes incurvant pœna periurij  
& excommunicationis, quas nos feri-  
mus in eos auctoritate dictarū cō-  
stitutionum. Acta fuerunt hæc in di-  
cto collegio sancti Antonij tertio  
die mensis Maij, anno a nativitate  
Domini millelīmo quingētesimo  
trigesimo septimo, & dicti domini  
Patroni hæc subscriberunt, præ-  
sentibus ibidem specialiter vocatis  
& rogatis Petro Quexo canonico  
dictę eccleſiæ Seguntinæ, & licen-  
ciato Christophoro de Oviedo, &  
fratre Didaco de Linares religio-  
si dicti monasterij.

R. de Miranda Decanus Segunti.

Frater Petrus de Tarancón vicarius.

COMPLVTI  
Ioannes à Lequerica excudebat.

V.

e in  
alter  
a nō  
dem  
us in  
o o-  
nco  
el cō  
étia,  
ali  
co-  
cius  
tui  
ote  
nes  
lu-  
de  
ijs,  
&  
sc-  
ri-  
ne  
rij  
ri-  
ō-  
di  
io  
te  
no  
ni  
e-  
is  
o  
n  
e  
it  
d  
g

